sine monitiōe alias cadit in penam.ita
dixit Fede.de senis in consil.suo.ciiij.
incip.ꝙ non fecit residētiam ⁊c.quē se-
quitur do.Ant.⁊ Abb.in.c.qm frequen
ter.in.§.porro.in.vj.col.vt lit.nō cōtes.
⁊ Soci.in consil.suo.cxxxiij.incipi.pro-
fecto ⁊c.in fi.verbis.in.j.volu.Et facit
etiam glos.no.in aut.de exhi.reis in.§.
sancimus.quā ibi summe no.Ang.que
dixit ꝙ lz habēs iustam causam litigā-
43 di nō†condēnet in expensis si succum-
bat:vt habet in.l.qui insolidum.in.§.
etiā.ff.de leg.ij.et in.l.eūz quē temere.
ff.de iudi.⁊ in.c.finem litibus.de dolo ⁊
cōtu.cū si.tñ hoc fallit nisi in loco indi-
cij extet statutum ꝙ victus victori con-
demnet in expensis qr nō obstāte iusta
causa litigandi condēnabit in expēsis
succūbens ⁊ hoc vigore statuti vt aliqd
operetur ⁊ aliqd addat iuri cōi.⁊ illam
glo.etiā refert ⁊ sequit Alex.in ɔsi.suo
cclvij.incip.viso ꝓcessu.in fi.⁊ in consi.
cliij.incip.viso pūcto.in fi.verbis.in.v.
vol.⁊ do.Frā.de cre.in no.suo.cxx.inci.
habēs iustā causam ⁊c.⁊ Ang.in.l.non
solū.ff.de rei vē.et illā glo.cōiter tenēt
doct.lz Bald.aliter tenuerit in.l.termi-
nato.C.de fru.et lit.expen.⁊ Raph.ful.
in cōsi.cxl.incip.presuppositis duobus
statutis ꝑ totum.et alleg.doct.in dictis
locis illam rōnem:vz vt statutū aliqd
addat iuri cōi ⁊ aliquid operetur vltra
ipsum ius cōe.de quo etiā ꝑ Barba.in
quodā cōsil.suo.inci.preposita mihi ⁊c.
de quo lati⁹ dixi in.l.patre vel marito.
in.vj.colū.ff.de qō.¶ Itē ꝓ hac limita-
tiōe mea facit etiam no.verbū Ant.de
but.in.c.j.in.iij.col.extra de rescrip.vbi
dixit ꝙ ille cui cōcessum est ꝑ rescriptū
44 †seu ꝑuilegium ꝙ possit appellare ꝙ
ad hoc vt tale rescriptū seu priuilegiū
aliquid operet vltra ius cōe ꝙ poterit
tertio appellare : et rō est vt dixi vt re-
scriptū seu priuilegiū aliqd operet vl-
tra ius cōe alias si nihil operaret statu
tū vltra ius cōe diceret ius cōe nō sta-
tutū:vt dixit Bal.in.l.iij.in fi.ff.de leg.j.
de quo etiam ꝑ Ang.⁊ Imol.in.l.stipu-
latio.ver.nisi.ff.de ver.obl.⁊ ꝑ Bart.in
l.j.ff.ad.l.fal.⁊ per text.in.l.j.C.de the-
sau.li.x.⁊ ꝑ glo.in.c.j.de cōsti.in.vj.⁊ ꝑ
Bart.in.l.iiij.§.ꝑtor.in.iij.col.ff.de dā.
infe.Quinimo statutū dz taliter inter-
pretari in dubio vt aliquid addat iuri
cōi.Et ideo dixit Jo.de imo.i.l.si vero.
§.de viro.in.iiij.colū.ff.so ma.ꝙ qñ sta-
tutum pōt aliqd opari interpretādo eū
sm ius cōe tunc exponitur sm ius cōe:
sed si nihil posset operari interpretaret
45 contra ius†cōe vt aliqd operaretur.et
ideo dixit Bald.in.l.ij.C.quō ⁊ qñ iud.
in vlt.col.ꝙ statutum dicēs debere quē
citari ter operat vt nō sufficiat vna ci-
tatio pro oibus vt aliqd addat iuri cōi.
⁊ idē dixit ipse Bal.in.c.pe.de mil.vas.
qui contu.est:et in.l.nō sunt liberi.ff.de
statu ho.quē refert ⁊ sequit do.Feli.in
rub.de prescrip.in.ij.col.de qb⁹ etiam
dixi in.d.l.patre vel marito.in.vij.col.
ff.de qōni.¶ Potest etiam aliter limi-
tari illa cōclusio superius firmata : vz
quod appellatione pene capitalis non
venit necessario pena mortis.⁊ ideo iu-
dex simpliciter condēnans reum tñ pe

na capitis non intelligit de pena mor-
tis et vltimi supplicij: hoc est verũ nisi
crimẽ pro quo est cõdẽnat⁹ sit punien-
dus de iure pene mortis ⁊ vltimi sup-
plicij: q2 tũc snla iudicis simplr̃ dicens
ꝙ condẽnãt eũ in pena capitis intelli-
gitur de pena mortis et vltimi suppli-
cij. ⁊ hoc q2 pena debet correspondere
46 qualitati criminis † vt in. c. nõ afferā-
mus. xxiiij. q. j. ⁊ l. respiciendũ. ff. de pe.
⁊ facit aut. oẽs peregrini. C. cõia de suc
47 ces. vbi dr̃ † ꝙ pena est cõmensuranda
delicto. ⁊ ad idẽ est tex. in. l. j. §. sed et q̇.
ff. de abigeis. et. §. si q̇s aũt. per dona-
tionem. in aut. de nõ alie. et in. c. felicis
in. §. ceterũ de penis. in. vj. ⁊ in. c. q̃sint.
de his que fiunt a maiori parte capi. et
scribitur Deutero. c. xxv. iuxta mẽsura
delicti erit plagarũ mod⁹. de quo dixi
in rep. mea. l. j. C. de rap. virgi. nu. 256.
⁊ in. l. fi. in. x. col. ff. de sica. ¶ Preterea
contra supradictã cõclusionẽ facit mul
48 tum. Nam vbi verba † possunt verifi-
cari tã in morte ciuili q̃ naturali i du-
bio intelligit de naturali. l. ex ea par-
te. §. insulã. ff. de ver. obl. l. cum pater. §.
hereditatẽ. ff. de leg. ij. l. statius. §. cor-
ne. ff. de iure fisc. c. susceptum. ⁊ ibi per
doc. de rescrip. in. vj. Et verba semper
capiuntur in potiori significato. l. j. §. j.
ff. si ager. vec. vel emphi. pe. c. si quem.
de sen. exco. et dixi in repet. mea. l. de
vnoquoque. in prin. ff. de re iud. Et in sta-
49 tutis † v̈ba capiunt proprie. l. iij. §. hec
v̈ba. et ibi Inn. de iniur. Pena aũt ca-
pitis intelligit proprie de morte natu-
50 rali et improprie de morte † ciuili s̃m
glo. in. l. trãsigere. C. de transac. ex quo
sequit ꝙ plura iura loquẽtia d̃ pena ca
pitis intelligunt de morte naturali et
nõ de morte ciuili qd̃ no. pro intellectu
l. sacculariij. in. §. sunt q̇dã. in ver. vsque
ad penam capitis. ff. de extraordi. cri. ⁊
l. j. in v̈. punit capite. e. titu. ⁊ l. j. in ver-
bo capite puniat. C. de fal. mo. et in. l.
capitaliũ. in. §. solent. in v̈bo capite ple
ctẽdi. ff. de pe. ⁊ l. j. in ver. capite punit
C. de eunu. et in. l. nemo. in ver. suppli-
cio capitis ⁊c. C. de malefi. et in. l. pñti.
C. de his q̇ ad eccl. confu. in. l. deserto-
rẽ in. §. in bello. ff. de re mil. in ver. capi
te punitur ⁊c. Et ista oĩa ponit do. Fell.
in. c. ex literis. in. xij. colũ. extra de cõsti.
vbi etiã latissime examinat qõnẽ illam
51 vtrũ † qñ pena est arbitraria iudici an
tũc possit illam imponere vsque ad mor
tem inclusiue de qua dicã. j. ¶ Quero
vlteri⁹ vidim⁹. s̃. snlam capitalẽ condẽ
natoriã contra reũ. Itẽ vidim⁹ plures
modos differẽdi executionẽ ipsi⁹ snle.
Modo q̃ro: q2 cõiter p Italiam sunt sta
tuta prohibentiã appellationẽ in cau-
sis capitalib⁹ an dicta phibitione non
obstante possit aliqua via succurri tali
reo condẽnato ad mortẽ: in quo dicas
ꝙ sic q2 ille q̇ prohibetur appellare nõ
prohibetur implorare offm̃ iudicis. er-
go talis reus vt. s̃. condẽnat⁹ lz nõ pos-
52 sit appellare † poterit tñ iplorare offm̃
iudicis per viã supplicationis et recur
sus ad superiorẽ q̇ superior: cõsiderata
eq̇tate debebit annuere tali petitioni:
ita dixit Lud. ro. in consi. cccxxv. incip.
quo ad primũ ⁊c. in vlt. col. vbi dicit ꝙ
q̃uis aliqua constitutio excludat gñã-
liter quocũque remedium nũq̃ tñ intel-
ligit excludere implorationẽ officij su-
perioris q̇ considerata eq̇tate ei⁹ offm̃
dz annuere imploranti: ad qd̃ alleg. l. j.
§. quesitum. ff. de separat. ⁊ l. plane. et. l.
fi. ff. de pet. her. ⁊ idẽ voluit Bar. in. l. j.
§. ⁊ parum. ff. ꝙ vi aut clã. ⁊ Bal. ⁊ Ang.
in. d. l. plane. et in. d. l. fi. de pet. here. et
do. Anto. in. c. item cũ q̇s. de rest. spol. ⁊
Pe. de anch. in cle. j. de causa pos. ⁊ pro
prie. et in repeti. c. canonum statuta. in
lxxxiij. colũ. in ver. subdit qd̃ lz. extra de
consti. ⁊ idẽ voluit Jo. de imo. in. l. fi. ff.
a qui. app. nõ lz. ⁊ idẽ voluit ipse Joan.
de imo. in consi. cxlv. incip. visis ac dili
genter. in. ij. et in. v. col. Et idem voluit
Alexã. in consi. suo. cxiij. incip. viso the-
mate. in vlti. colũ. in. v. volu. ⁊ in consil.
cccccxxxv. incip. in causa dñe Bartho-
lomee. d̃ blãchetis. in. j. col. vbi ad hoc
alleg. Bald. in. l. fi. ad finem. C. de tẽpo.
app. ⁊ ibi Sali. ⁊ Paul. de leaza. in cle.
j. de seque. pos. et fruc. ⁊ Salice. in. l. fi.
circa vlti. colũ. C. de senten. ⁊ interlocu.
om. iud. ⁊ Inno. in. c. ex literis. de rest.
integ. ⁊ Abb. in. c. q̃relam. de procu. et
Joan. de imol. in. l. ex consensu. §. fin. ff.

de app. Et idē voluit Jo. de imo. in con si. cxlvj. inci. in causa nauis. in. vj. colū. in ver. ꝛ ideo cum similis: ꝛ ibi dicit no.
53 verbū: dicēs ꝙ in causa recursus ad superiorē non probatū pōt probari ꝛ non deductum deduci sicut in causa appellatiōis iuxta. l. per hanc. C. de tēpo. appel. ¶ Item vltra predicta qꝺ statutum tollens appellationē non tollat recursum ad superiorem per viā supplicationis vel querele: voluit Abbas in. c. ex parte. el. ij. de offi. dele. ꝛ Barba. in cōsi. xliiij. inci. viso puncto. in. j. charta. et in cōsi. lxxxvij. inci. visis in penul. char. ꝛ in consi. lxxxiiij. inci. viso. in vlt. char. in. iij. volu. et Corsetus. in no. in verbo querela. incip. vbi sumus in casu ꝛc. et voluit Jason. l. vbi pactum. in. v. colū. C. de transac. ꝛ in. l. j. in. vij. colū. ff. de iurisdi. om. iudi. vbi singulariter dicit ꝙ
54 si ex forma statuti in causa ciuili nullus debet admitti ad aliquā exceptionem opponendam nisi reus personaliter compareat ꝙ poterit tñ implorari officiū iudicis: vt ipse iudex capiat informationes ꝙ ipse inquisitus est clericus vel ꝙ ille occisus erat bānitus ꝛ ex forma statuti poterat impune occidi. et dicit ꝙ Ange. in. d. l. plane. ff. de pe. here. dicit ꝙ ista practica est vsus infinitis vicibus: et alleg. ad hoc alios plu
55 res doctores dicentes ꝙ ille q̄ ex forma statuti nō admittit ad excipiēdum nisi satisdet qꝺ pōt implorare officium iudicis cum officiū ꝛ exceptio differāt realiter ꝛ essentialiter fm eū. Item allegat etiā Albericū de rosate post Jaco. butri. in. d. l. fi. de pe. heredi. vbi di
56 cunt ꝙ stāte statuto ꝙ in causa capitali non admittat aliquis procurator ad aliquā exceptionem vel declinatoriam opponē. sed principalis debeat personaliter cōparere qꝺ si procurator cōpareat nō dꝫ opponere exceptionem nec declinatoriam: sed implorare officiū iudicis: alleg. etiam ipse Jas. vbi. s. Specu. et Joan. and. in titu. de instru. edi. §. fin. versic. sed quid si debitor. vbi dicit quod si pars renūtiauit productioni testiū vel instrumentorū cū iuramento que renūtiatio valet. c. si vero. de iu

reiurando. tñ dꝫ pcurare testes recipi ex officio iudicis: et hoc etiā voluit Jo. de imo. in. c. ij. de probat. et Lapus in c. cōquis. de pac. in. vj. et Alex. in aut. iubemus. C. de iudi. sed poterat etiā allegare Floria. in. l. si irruptione. in. §. ad offi. in. iij. col. vers. per que iura. ff. finium regundo. Adducit etiam Jas.
57 vbi. s. ꝙ si alicui est preclusa via excipiēdi: puta quia lapsus est terminus statutus a iudice vel a lege vel iam est lata sententia quod potest tamē implorari officium iudicis: vt se informet de tali exceptione: et ideo aduocatus debet esse cautus in hoc fm Ang. Fulgo. ꝛ Moder. in. l. nā ꝛ postea. in. §. si damnetur. ad finem. ff. de iureiuran. ꝛ Ang. in. l. fin. in. ij. colū. ff. de pet. here. vbi dixi qꝺ istud est tenendū fixum menti et nunꝙ exeat de memoria. adducit etiaꝫ Jas. in. d. l. j. in via. colum. ff. de iurisdi. omn. iudi. Bald. in. l. si ex cautione in
58 ix. q. C. de non nu. pecu. vbi dixit ꝙ si exceptio non numera. pecunie vel non numerate dotis non potest amplius opponi. puta propter lapsum temporis tamē officium iudicis in locū illius exceptionis deficientis pōt implorari: ꝛ idē tenere Bald. in. l. in cōtractib⁹. in prin. in. ij. not. eod. titu. de non nume. pe. et Bald. in. l. illicitas. in prin. per illū tex. ff. de offi. presi. Et subdit Jas. vbi. s. ꝙ ista faciunt cōtra Bal. in. l. in causa. la. j. in princ. ff. de mino. vbi dixit ꝙ si ex forma statuti contra instrumētū publicū nulla pōt opponi exceptio an possit peti restitutio in integrum a minore contra tale instrumētū: videt finaliter tenere ꝙ non: tñ dicit ipse Jason se putare indubitanter cōtrariū p supradicta cū in integrum restitutio veniat officio iudicis. vñ exclusa quacūqꝫ exceptione ex forma statuti nō tñ intelligit exclusum officium iudicis: vt dictū est. ꝛ multominus in minore per id qꝺ vult glo. sing. in. l. postꝙ liti. in glo. fi. C. de pac. q̄ dixit ꝙ in generali exclusione nunꝙ intelligitur excludi beneficium restitutiōis in integrum cōpetens minori. Et facit glo. nota. in. l. j. in glo. pe. C. si
59 de momenta. posses. fuerit app. ꝙ dicit

qđ in casibus in quibus nõ admittitur
appellatio põt tñ minoꝛ imploꝛare re-
stitutionẽ in integrum aduersus talem
sentẽtiam:ad quod etiã alleg.gl.in.l.sꝫ
si sine.in.§.fi.ff.de mino.ita dicit Jas.
in.d.l.j.in.viij.colum.ff. de iurisdi.om.
iudi.Pꝛo quibus omnibus faciũt que
ego dixi in singula.meo.lxxxviij.incip.
stante statuto ⁊c.et in alio singul.meo
cclxxxix.incip.dolus futurus ⁊c.et fa-
ciunt dicta per.d.Floꝛ.in.l.si irruptio-
ne.in.§.ad offm̃.in.iij.col.versi.per que
iura.ff.finium regundo.Et scias pꝛedi
cta omnia esse vera in casibus p̃dictis
60 †nisi statutũ nõ solũ tolleret appella-
tionẽ ⁊ oẽm exceptionẽ:sed etiam tolle
ret oẽm defensionẽ:nã tali casu etiam
intelligeret̃ sublatus recursus ad su-
perioꝛẽ quocũqꝫ mõ.ita no.dixit Bart.
in.d.l.j.§.⁊ parui.ff.ꝙ vi aut clã.quem
ad hoc refert ⁊ sequitur Abb.in.d.c.ex
parte.el.ij.de offi.deleg.⁊ Ludo.ro.in
consil.suo.lxxvj.incip.in causa nobilis
viri.in vlt.colũ.⁊.d.Frã.de are.in cõsi.
suo.cxlvij.incip.visa.in.ij.colũ.⁊ Salic.
in.l.ita nobis pudoꝛ.C.de adul.et do.
Feli.in rub.de excep.in.j.colum.⁊ Jas.
in.l.vbi pactum.in.v.col.C.de trãsact.⁊
Bald.in.l.j.in pe.col.C.de cõdi.inde.et
Paul.de cast.in consil.lxxiij.incip.viso
cõpꝛomisso.in.ij.col.⁊ Alex.in.d.l.pla-
ne.ff.de pe.here.Sed limita tñ dictum
Bar.⁊ seq.vbi.d.esse verum:⁊ pcedere
in causis ciuilibꝰ:sꝫ nõ pcedere in cau
sis criminalibꝰ.Nã in causis crimina-
libꝰ etiã si statutũ tollit oẽm exceptio-
nẽ ⁊ defensionẽ tñ nõ tollet recursum
ad superioꝛem:qꝛ licet pnceps ⁊ sic lex
viua possit de plenitudine ptãtis tolle-
re defensionem in causa ciuili ⁊ pecu-
61 nia.tñ hoc† nõ põt facere in causa cri-
minali.ita singula.dixit Bald.in.l.iij.in
§.si qs pꝛo.ff.ꝙ quisqꝫ iu.qđ dictum re-
fert et appꝛobat.d.Feli.in.c.dilecti.in
vlt.col.de excep.⁊ in.c.cum olim.in vl.
colum.de re iud.⁊ Soci.in ꝯsil.cxx.in-
ci.memini me al's ⁊c. in ꝯsi.cxliiij.in-
ci.visa bulla.in.vij.col.in ver.tertiꝰ qñ
pꝛinceps.⁊ in consil.clxvj.incip.in cau-
sa que vertitur.in.xx.col.in versic.ter-
tius casus ⁊c.vbi dicit ꝙ oẽs doct.te-
nent dictam doctrinam Bald.in.d.§.si
quis pꝛo eo.Et dictam doctrinã Bald.
etiam appꝛobat.d.Fran.de are.in cõsi.
suo.cxlv.inci. sicut Joãnes.in.xiij.col.
ver.ad obiecta ⁊c.⁊ Soci.in.d.ꝯsil.cxx.
inci.memini me alias consuluisse ⁊c.
in.x.colum.in vers.tertius casus ⁊c.Et
idẽ etiã videt̃ tenere Bart.in.l.filiusfa.
in.ij.colũ.versi.sed an tũc.ff.de dona.⁊
doni.Paris de puteo.in tract.sind.in
xxx.char.in.iij.colum.in.c.inci.an ptãs
qui misit ⁊c.de quo etiã dixi.in.l.vniꝰ
facinoꝛis.in.§. cogniturum.in.x.col.ff.
de q̃stioni.⁊ in singula.meo.ccclxxxviij.
incip.defensio.Et pꝛo pꝛedictis faciũt
dicta per Jnnoc.in.c.que in ecclesiax.
62 de ꝯsti.†vbi dicit quod officiũ iudicis
non potest tolli per statutum:quod di-
ctũ refert ⁊ sequit̃ Bald.in marga.sua
in versi.statutum.in.iij.versic.vbi dicit
statutum nõ potest funditus impedire
quin officiũ iudicis imploꝛet̃:qꝛ etiam
pnceps nõ põt tollere nec auferre im-
ploꝛationẽ nec defensionẽ cũ sit de iu-
re naturali.Que doctrine supꝛa alle-
gate iudicio meo in totum tollũt dicta
per Albericum de rosa.in.iij.parte sta
tutoꝛum.qõne.liiij.inci.item queritur an
valeat statutum ꝙ in criminalibus nõ
93 possit appellari vbi† tenet ꝙ tale sta-
tutum valeat ꝙ mihi videt̃ nõ esse ve-
rum per iura p̃dicta.Jtẽ limita doctri-
nam Bart.in.d.§.⁊ parui.⁊ sequacium.
nisi essemus in facto ita notoꝛio ꝙ iu-
64 dex suppleret ex seipso† ⁊ non ad pe-
titionẽ partis fm Bald.in.d.l.plane.ff.
de pe.here.quem ibi refert ⁊ sequitur
Alexan.plura in hac materia adducẽs
de quibus ibi p eũ:de quibꝰ dixi refe-
rẽs omnia p̃dicta in repe.mea.l.j.C.de
rapt.virgi.nu.160.cũ duabus char.ibi
sequẽtibus:⁊ vltra ibi dicta vide etiam
Ang.de are.institu.de actio.in pn.⁊ in
rub.institnta de exce.in.ij.colũ.⁊ vide
omnino singulares doctrinas in mate-
ria imploꝛatiõis officij iudicis q̃ mul-
tũ fraternizãt cũ recursu ad superioꝛẽ
p Jaso.post alios.in.l.si me ⁊ titiũ.in.j.
col.ff.si cer.pet.Et scias ꝙ in casibꝰ in
quibus hꝫ locum recursus ad superio-
65 rẽ ꝙ talis† recursus regulabit̃ fm qđ

regulatur appellatio quantū ad tem-
pus exercitiū ⁊ terminationis eius. ita
singu. dixit Bal. in trac. suo super statu
tis. in ver. statutū. in ver. incip. statutū
qd̄ pmittit. ⁊ idē tenet Bald. in. l. j. per
gl. ibi. C. de sententijs prefec. pretorio.
Pro quo faciūt dicta p Bal. in. l. etiam
66 ad fi. C. de iure dotiū. vbi dixit q tact⁹
secūdarius regulariter a primitiuo de
quib⁹ dixi latius in sing. meo. lxxxviij.
incipien. stante statuto ⁊c. et ibi etiam
dixi infra quantum tps possit qui gra-
67 uatur habere recursum ad superio-
rem: vbi ad hoc allegaui Gozalupum
in repe. l. oēs populi. in. xcu. colū. in fi.
de iusti. et iure: ad que vide do. Pari.
de put. plura no. in hac materia addu-
centem in tracta. sindi. in. xviij. char. in
ij. iij. ⁊ iiij. col. et vide que dixi in singu.
meo. cclxxvij. incip. licet ⁊c. ¶ Idē circa
istam materiā recursus ad superiorem
scias generaliter qd̄ in casib⁹ in qbus
nō est licitum appellare a snia tñ est li-
citum supplicare: quā regulā tradit gl.
in. c. ex literis in verbo supplicauit. de
in integrum restitutio. Sed ista regula
intelligitur esse vera quando a senten-
68 tia nō potest appellari pter excellē-
tiam eius qui sniam tulit tūc bene po-
test supplicari. sed quando de iure cō-
muni nō potest appellari nō pōt etiam
supplicari ad superiorē nisi beneficio
etatis aut fauore matrimonij sm In-
nocen. ⁊ cano. in. d. c. ex literis. vt in in-
teg. resti. ⁊ Cy. in. l. fi. vbi glos. C. vt lite
penden. et Bald. in. l. vnica. C. ne liceat
tertio prouoca. ⁊ in. l. fi. in. §. illud. et in
§. fi. ad fi. C. de tempo. appel. et in. l. ne-
mo. C. de iurisdi. om. iud. et Domi. Ant.
in. c. pastoralis. in tertio no. de appel. ⁊
Imol. in. l. j. §. fi. in. xx. colum. ff. a quib⁹
app. nō licet. ⁊ Pau. de cast. in. l. si quis
aduersus. C. de preci. impera. offer. ⁊ in
l. fin. C. de edic. diui. adria. tol. et Joan.
de Imol. in. l. ex consensu. in. §. fi. in pe.
⁊ vlt. colum. ff. de app. vbi tangit illam
69 no. questionem videlicet an verus cō
tumax qui non potest appellare vt si
possit supplicare. Et ista refert Jas. in
auf. que supplicatio. in. ij. colum. C. de
precibus imperato. offeren. Et quia vt
dixit habere recursum ad superiorem
vel implorare officium iudicis multi
fraternizant. ideo circa materiam im-
plorationis officium iudicis statui ali-
qua adducere cum sit materia sepius
contingens. Ideo scias q licet dubiū
sit an quādo implorat officium iudicis
70 requirat libellus. de quo per Barto.
in. l. iij. C. de pig. in fi. et in. l. iiij. C. depo-
siti. ⁊ in. l. j. §. fi. ff. de var. ⁊ extraor. cog.
et in. l. ab hostibus. in. §. sed quod sim-
pliciter. ff. ex quib. cau. maio. ⁊ in. l. iiij.
in. §. hoc autem iudicium. in. vj. ⁊ in. vij.
q. ff. de dam. infe. ⁊ p Bald. in auf. offe-
ratur. C. de lit. conte. ⁊ in repe. l. incerti.
in pe. ⁊ vlti. colū. C. de interdic. et in. l. j.
ff. de iurisdi. om. iudi. et ibi per Cyn. et
per Specu. de in integ. resti. §. fi. versic.
vlt. ⁊ per Domi. Anto. ⁊ alios. in. c. fi. ex-
tra de officio iudi. Scias tamē q in ca-
sibus in quib⁹ cōcludūt predicti doct.
quod in imploratiōe officii iudicis nō
requiratur libellus in illis tamē semp
reqritur qualis qualis petitio in actis
quia non posset iudex aliter impartiri
officium suū nisi peteret per. l. iij. §. hoc
aūt iudicium. ff. de dam. infec. Ita dixit
Alb. de rosa. in. l. ne quicq̄ in. §. vbi de-
cretum. ff. de officio proconsul. quē ibi
refert ⁊ seqtur Jas. in. xvj. colum. alleg.
l. de submersis. C. de nauf. li. x. et cle. se-
pe. de verb. sign. Scias etiā qd̄ vbi im-
71 plorat officiū iudicis ibi nō hz locum
reconuētio. ita dixit gl. in. l. sed si resti-
tuat. in ver. sed si adierit. ⁊ ibi Ange. ff.
de iud. quam refert ⁊ sequit Jas. in. d. §.
vbi decretum. in. xvij. col. Et ibi subdit
q lz al's si iussa. non possit esse in iudi-
cio sine consensu patris. vt in. l. fi. §. ne-
72 cessitatem. C. de bo. q̄ li. tñ pōt implo-
rare officium iudi. absq licētia patris
sm Lud. ro. repe. rub ff. de arb. in. viij.
col. p glos. quam dicit sing. in. l. j C. q̄ ad
mit. vbi etiā Ange. dicit illā esse singu.
sed Lud. ro. ibi allegat concordantem
in. l. iij. in. §. causa cognita. et in. l. seru⁹.
ff. de bo. pos. idem Ludoui. roma. in. l.
cum filiusfamilias viaticum. ff. si cer.
pe. ponderat ibi esse aliam glos. et dicit
Jas. vbi s. quod ad hoc facit etiaz alia
glos. in. l. cogi. §. si pater. in versic. obse-

quium.ff.ad treb.quam gl.fm eum di-
cit Lud.ro.in.d.repet.rub.ff.de arb.in
viij.col.esse sing.ad aliud vez q lz filiꝰ
emancipatus nō possit agere nisi impe
73 trata venia tamē qñ implorat officiū
iudicis nō requirit impetratio venie q̄
glo.th fm Jas.hoc nō bene dixit postea
ipse limitat illud quod dictum est de fi-
liofa.q̄ pōt implorare officium iudicis
sine cōsensu patris.de quo ibi latius p
eū.z vide etiam ad predicta Jas.in.l.j.
nu.12.ff.de iur.om.iu.Et de hac mate-
ria implorationis officij iudicis vide
etiā Ange.in.l.si finita.§.elegāter.ff.de
dā.infe.glos.z doct.in.l.siue apud acta
C.de trāsac.z in auth.generaliter.de epis.z
cle.Barto.in.l.j.§ j.ff.de fer.Bald.in.l.
requirendi.C.de ser.fugi.Ang.de are.
in tract.malefi.in ver.z vestem celestē.
in.ix.char.in vsi.z bene no.de quo dixi
etiam.s.in.§.diligenter.nu.109.z vide
etiā circa hāc materiam Inn.in.c.q̄ in
ecclesiarū.de cōsti.z Bal.in margarita.
in ver.statutū.in.iiij.vers.z in practica
Papiēsi in forma libelli ab interlocu-
toria in.§.in his scriptis.in.ij.col.ad fi.
Et scias etiā q officiū iudicis est ppe-
74 tuū z pōt ppetuo implorari nec talis
imploratio tpe excludit:ita dixit Bald.
in addi.Spe.in titu.de arbitr.in.vj.col.
ver.duobꝰ modis:de quo en tpe tolla-
tur talis imploratio vide glo.Barto.et
alios in.l.sicut.C.de prescri.xxx.anno.
z in.l.q̄relā.C.de fal.z Bal.in.l.ij.in.§.
sed quia nostra.C.cōia de le.z in.l.ij.in
iiij.col.C.de execu.rei iudi.z Barto.in
l.si societatē.§.arbitrorū.in.v.colum.ff.
p socio.et Bald.in.l.fi.in.xij.opposi.C.
de edic.diui adria.tol.z Bart.in.l.ij.C.
de rescin.ven.de quo etiam per Jas.in
75 l.j.nu.25.ff.de iur.om.iu.Item scias
etiā quod si officium iudicis denegat
implorāti pōt appellari.ita dixit Bart.
in.l.j.in.v.col.ff.de iur.om.iud.z hoc p
text.in.l.j.C.si sepius in integ.restit.po-
stu.vbi text.dicit appellare debueras
tibi sentētia displicebat in qua tibi de-
negata fuit restitutio in integrum po-
stulata:hoc enim ego credo verū esse
nisi tale officium iudicis imploraret p
calumniam qz tūc posset licite denega-
ri nec admitteretur appellatio.et hoc
p doctrinam Bal.in.l.in cōtractibus.in
pn.C.de nō nu.pe.vbi dixit q officium
iudicis calūniose petitum pōt denega-
ri.z idē dixit Alex.in.l.plane.in pnc.ff.
de pe.here.Pro quo dicto pñt adduci
aliqua not.in iure sparsa.Et ideo vide
Jo.an.in addi.Spe.tit.de legato.§.re-
stat.ver.q̄d si in statuto.in addi.incip.
Old.in sua dispu.vbi singu.dixit q etiā
76 vbi agit de preiudicio irreparabili nō
admittitur aliqua exceptio cōtra executio-
nem capitalē si obstat presumptio ca-
lūnie:qd dictū refert et sequit.d.Feli.
in.c.decetero.in.iiij.col.de re iud.licet
adducat Bald.cōtrariū dicētē.in.l.j.in
pe.col.C.de accu.non pos.de quo ibi la-
tius p eum z per Barba.in.c.sup eo.in
pe.col de offi.deleg.Itē dicit.d.Fel.in
d.c.decetero.quod exceptio calūniosa
77 nō admittitur in iudicijs summarijs
fm Card.et Jo.de Imo.in.d.c.sup eo.
vbi dicit Abb.propter glos.ibi q iudex
78 vidēs apte calumniāt nō dz curare in
tali casu de appellatione interposita a
reiectione exceptiōis.Pro q̄bus etiam
adducit ipse.d.Feli.Bal.in.l.j.in.ij.co-
lū.C.quō et quādo iu.vbi dicit q iudex
79 pōt supplere p reo qñ videt euidētē
calumniam actoris:alleg.Inno.in.c.j.
de offic.vica.vbi voluit sufficere q ap-
pareat de calumnia notorio etiā aliter
q̄ ex forma petitionis.Et subdit etiam
d.Fel.in.d.c.decetero.qd nec etiam dz
80 concedi remissoria ad partes qñ illa
petit calūniose:alle.hoc voluisse Lud.
ro.in cōsi.cclxxiij.ad fi.quod inci.clarū
est zc.vbi ponit aliqua signa ad cogno-
scēdum calumniam.Et facit no.verbū
Alex.z in cōsi.suo.lxv.inci.habita super
cōsentis.in.iiij.colū.in.j.volu.vbi dixit
81 q exceptio calūniosa pōt repelli etiā
si est efficax z vera.sed opponit cā mo-
rāde litis et hoc etiā in iudicio plena-
rio dūmodo tunc suspicio sit vehemēs.
Et subdit etiam ipse.do.Feli.vbi.s.q
82 pſumit cā in iudice repellente exce-
ptionē:ad q̄ plura alleg.de quibus ibi
per eum.Et ad predicta facit etiam q
voluit Domi.in.c.ecclesia.in.iiij.colū.
de constit.vbi dixit q si iudex repellat

83 exceptiones rõnabiles motus† vehe-
mẽti ꝑsumptione calumnie nõ est snia
iniusta:allegat Inno.in.c.post electio-
nem.de conces.preben.ꝙ etiam voluit
Io.de ana.in.c.sup eo.in.ij.col.de cri-
mine falsi.et do.Feli.allegans plures
alios tenentes hoc in.d.c.decetero.in
84 v.col.vbi subdit etiam not.verbũ† vz
ꝙ si statutum dicit iudicẽ debere cõce-
dere consilium sapientis petitũ aperte
ꝙ tñ si ipse iudex viderit dictũ consiliũ
sapiẽtis calũniose peti tũc dz denega-
re tale consilium.allegat hoc voluisse
d.Signorel.de homodeis.in suo consi.
vij.inci.statuto mediolanensi ⁊c.Sed
vltra domi.Feli.in.d.c.decetero.Adde
tu etiã no.† bũ vz ꝙ exceptio euiden-
85 ter calũniosa etiã si sit admissa† tñ nũ-
ꝙ videt̃ inclusa ſm Ange.de are.insti.
de excep.in rub.in.xlvij.col.in ver.ter-
tio quero qd si ꝓponitur exceptio.vbi
ad hoc alleg.l.qui eũ maior.in.§.si pa-
tris.ff.de bo.liber.⁊ alia de quibus ibi
per eum.Item scias etiã qd euidẽs ca-
86 lumnia operat̃† vt nõ stetur iuramen-
to alicuius in casu in quo al's de iure
staret̃.ita dixit Ang.in consi.suo.clxiij.
incip.super puncto prefato.Et faciunt
ad predicta que ego dixi.in.l.patre vel
marito.in.xvj.et.xvij.col.ff.de questio-
ni.et vltra ibi dicta scias ꝙ transactio
87 † euidenter calũniosa ex parte actoris
vel rei nõ valet.ita dixit Ang.in consil.
xciiij.inci.ꝓ parte.negatiua ⁊c.in.iiij.
col.qd etiam ipe dixit in cõsi.suo.xviij.
inci.visa narratiõe.in pe.colum.⁊ vide
gl.in.d.l.qui cum maior.in.§.si patris.
ff.de bo.liber.quam ꝓ no.refert Io.de
Imo.in.l.pe.§.ad crimẽ.ver.sexto fal-
lit.ff.de pub.iudi.⁊ Lud.ro.in cõsil.suo
lxix.inci.viso themate ⁊c.in vlt.colum.
vbi etiam aliqua alle.ꝓ illa gl.Ex pre-
dictis etiam adde Pe.de anch.in cõsi.
suo.clvij.inci.ex narratis.in pe.colum.
88 vbi dixit ꝙ si iudex vehemẽter† suspi-
catur calumniã in opponẽte exceptio-
nem peremptoriã põt eam non admit-
tere ⁊ licet ille appellet nõ irritabitur
factum iudicis nisi ille probet veritatẽ
sue exceptiõis:de quo dicto feci men-
tionem in rep.mea rub.C.de probatio.

in.xxxvij.colum.Adde etiã no.verbum
Bal.in.l.j.in.iiij.col.in ver.modo que-
ro ⁊c.C.ne ex delic.defuncto.vbi dixit
ꝙ licet al's appellatio suspẽdat ꝓnun-
tiatum.vt habetur in.l.tale pactum.in
§.qui ꝓuocauit.ff.de pac.⁊ in toto titu.
ff.nil.nouari app.pen.cum similibus.
89 † tñ quãdo appellatio est notorie calũ-
niosa nõ ꝓpterea est differẽda execu-
tio qm̃ tali casu reipublice interest ta-
lem appellationem non admitti qd est
no.de quo dicto feci mẽtionem in rep.
mea rub.C.de proba.in.xlij.colũ.ante
fi.Itẽ adde etiam predictis.Nam cla-
rum est in iure ꝙ in causa capitali non
admittitur procurator.vt in.l.pe.§.ad
crimẽ.ff.de pub.iud.⁊ l.l.seruũ quoꝙ.
in.§.publice.ff.de procu.⁊ in.l.reos.C.
de accusa.⁊ in.c.veniẽs.de accus.cum
90 si.Attamen † si instituta est accusatio
capitalis contra aliquem ⁊ sit notorie
calumniosa tali casu poterit interue-
nire procurator.Ita not.dixit Bald.in
l.ij.C.vt nemo priuatus:et alle.hoc vo-
luisse Cy.in.d.l.reos.C.de accusa.quod
dicit esse mẽti tenendum:quod dictum
retuli.in rep.mea rubri.C.de proba.in
xliij.colum.in ver.itẽ vltra premissa ⁊c.
Adde etiam qd omittẽs aliqd ꝓduce-
re petere vel excidere ꝑ calũniã nõ au-
ditur postea volens illud ꝓducere pe-
91 tere vel excipere† nisi refectis expẽsis
ſm.d.Feli.in.c.ad audiẽtiã.el.ij.de re-
scrip.in.xj.⁊.xij.colum.⁊ in.c.j.in pri.de
excep.de quo ego latius dixi in.l.patre
vel marito.in.xvj.⁊.xvij.col.de qõ.⁊ in
l.si qs ne qõ.in.xj.col.in fi.cum ibi seq.
eo.ti.⁊ circa oia supradicta vide.d.Fe-
li.in.c.licet cãm.in.iiij.not.de ꝓba.⁊ in
c.nullus.circa fi.de presump.⁊ in.c.in-
ter monasterium.in.viij.col.in prin.de
re iudi.⁊.d.Fran.de are.in.c.sup his.
in.xj.colũ.de accusa.⁊ do.Laurẽ.calca.
in cõsi.lxxxij.incip.quia causa ⁊c.in.iij.
col.⁊ in cõsi.xliiij.incip.cum prima ⁊c.
in fi.Itẽ scias qd si statutũ vel consue-
92 tudo diceret ꝙ calumniator† nõ puni-
retur nõ valeret:qr esset cõtra bonos
mores ſm Bald.in.l.qui crimẽ.C.q ac-
cusa.non pos.⁊ Bald.super statutis.in
verbo calumniator.Tunc mẽti predi-

cta in materia calumnie quia forte ea simul cumulata alibi non facile innes nies. 93 Ant aut contra calūniantē possit uti calūnia vide gl. no. in. c. cupientes. in verbo malignantiū. de elec. in. vj. q̄ dicit q̄ aduersus calumniā quis pōt se defendere cum calūnia. quā gl. refert. & sequit Bald. in rub. C. de fide instr. in viij. colū. & Ange. in. l. maritus. que est l. pe. ff. de vsur. Et dixit glo. valde no. in. d. c. dñs noster. xxiij. q. ij. q̄ aduocatus fouens iustā causam pōt vincere aduersarium suū cum malitia: pro quo faciunt dicta ibi p Archid. & per glo. in c. nullus. iiij. q. iiij. et facit text. no. in. l. cum pater. in. §. titio. ff. de leg. ij. in ver. nec dolo videt fecisse cū fraudē excluserit: quē text. alleg. Ange. in. d. l. maritus pro glo. in. d. c. cupientes. in verbo malignātiū. Pro quibus etiam possem adducere plura no. que adduxi in sing. meo. clxxvij. incipien. malitijs hoim &c. que per te videas. Hippolyt.

1 Confessio in mortis articulo facta nō potest reuocari.
2 Presumendus est quilibet esse memor salutis eterne.
3 Testi in articulo mortis dicenti se deposuisse falsum in tali cā non creditur.
4 Vulneratus dicens se mori defectu medici nō innat percussorem.
5 Testator confitens in testamento se teneri ad restitutionē vsurarū a multis extortarū nō ideo presumit vsurarius.
6 Solēnitas eadē requiritur in destruēdo que requiritur in construendo.
7 Testes tot requiruntur ad probandū penitentiā vel reuocationē testamenti quot ad probandum ipm testamentū.
8 Decretū requirit in distrahendo. sicut in contrahendo.
9 Testes tot requiruntur ad probādum testamentū quot requirūtur ad ipsius validitatem.
10 Ratificatio requirit tot solennitates quot requirūtur in celebrando ipsum actum.
11 Renuntiatio eandem requirit solennitatem que requiritur in acceptando.
12 Morientes non semper dicunt verū.
13 Mortis timore oppressus similis est mortuo.
14 Periurus est infamis.
15 Testis periurus nō probat.
16 Reuocatio confessionis facta in carcere non valet si confessio fuit facta in iudicio.
17 Actus factus in iudicio fortior est q̄ ille que fit extra iudicium.

Restat modo pro complemento huius operis examinare aliquas qōnes vtiles et quotidianas quas superius vsq̄ non potui loco cōgruo examinare quas qōnes pro maiori parte non vidi specialiter examinatas ab aliquo scribente antiquo nec moderno vsq̄ in presentem diem: ideo ad eas me conuerto. Et quero primo de tali questione vz reus inquisitus in processu contra eum facto seruatis seruandis in iudicio coram iudice notario et testibus dixit & confessus fuit qd titius fuit eius socius ad committendū delictū de quo erat inquisitus & tale delictū de quo socius criminis poterat interrogari et eius dictum faciebat indicium ad torturaz iuxta ea que dixi in. l. j. in. §. diuus antoninus. in. ij. colū. ff. de qō. & Ē. in §. diligenter. nu. 59. cū ibi seq. qui reus etiam ratificando suam confessionem affirmauit dictum titium fuisse eius locum in dicto delicto. Postea lata sūla condemnatoria ad mortē cōtra dictū reū dum ipse reus est in manibus carnificis super furca & habet laqueū seu capistruz ad collum dicit ministro iustitie seu carnifici. rogo te expecta modicum anteqū me proijcias inferius et me occidas q2 volo dicere aliqua verba antequā moriar. Et postea ibi dicit coram populo. Ego rogo vos omnes vt mihi parcatis si vos offendidi aliquo modo q2 peto veniam & vos rogo vt quilibet vestrū dicat vnum pater noster et vnā aue maria pro aīa mea. Et postea dicit: et q2 accusaui titiū et dixi qd ipse fuit meus socius ad cōmittendum hoc delictum pro quo debeo nūc mori: ideo ne perdā & condemnē animam meam fateor me falsum dixisse & indebite inculpasse illum. ideo dico dicta per me

non esse vera et penitet me hoc falsum dixisse cum ipse titius fuerit et sit inno cens a dicto delicto. Quo dicto statim minister iustitie ad hoc parat⁹ proijcit ipsum reū a furca et eum occidit. Utrū per talia verba ipsius rei sit exculpatus ipse titius adeo q sit sublatū indiciū ad torturā existens cōtra ipsum titiū ex illa confessione in iudicio legitime facta et ratificata per ipsum reū. Et vere casus iste apud me dubius est: et hanc questionē vidi pluries in facto et semel hāc questionē vidi de facto Mediolani in qua fui aduocatus pro dicto titio et superlucratus fui plures pecunias etc. In qua questione videtur primo dicendū q talia verba et talis exculpatio dicti rei prosit ipsi titio inculpato et tollat vel saltem debilitet indicium contra eum existens adeo q non possit vlterius torqueri et hoc propter 3 no. dictum Bald. in consilio. suo. xxv. incipien. casus super quo etc. in. ij. colū. in. j. volumi. vbi dicit q confessio facta in articulo mortis valet quia non est presumendū q cōfitens illo tempore mentiatur. pro quo faciunt plura iura et plures not. doctrine que adduxi ad hoc. s. in. §. diligenter. nume. 119. cū ibi sequenti et sequen. que omitto breuitatis causa et ne idē per idē pluries repetā. Et facit etiam: nam quilibet maxime in articulo mortis constituto pre 4 sumitur memor salutis eterne. c. sancimus. j. questio. vij. c. literas. vbi glo. de presumpt. l. fin. C. ad. l. iul. repetū. p quibus faciunt optime dicta per Jaso. in repeti. l. admonendi. in. iiij. colū. circa medium. ff. de iureiuran. Et facit etiam. l. nihil tam naturale. de reg. iur. vbi dicitur q nihil est tam naturale q̄ tollere eodē modo id quod datum 5 vel factum est. Ita in casu nostro videtur q indicium ortū contra illum inculpatum ex verbis et ex confessione dicti rei debeat tolli similiter ex verbis et confessione eiusdēmet rei. et faciūt optime dicta p Bald. in consi. suo. cxlix. incip. postq̄ notarius. in. iiij. volu. Ex quibus omnibus videtur dicēdū q ex dictis verbis rei sublatū sit indicium existens cōtra ipsum titiū ex tali exculpatione facta in articulo mortis p dictū reū super furca existentem: vt. s. ¶ Sz cōtrariā partē q imo non sit sublatum dictum indicium: sed ex eo possit torqueri: vt ante dictam exculpationē poterat. facit primo text. no. in. l. si quis in graui. in. §. si quis moriēs. ff. ad sille. vbi per illum text. dicit Bar. et alij post eū q si aliqs iudex constitutus in mortis articulo dicat se tulisse falsam sententiā non statur dicto suo nec ei creditur nec p hoc sn̄ia annullat. Et idē tenet Ange. licet nō loquat in confessiōe facta in mortis articulo: sz inter viuos in cōsi. suo. cccviij. inci. Christophorus. Petri cōductor. in. iij. colū. vbi idē dicit et idē dicit esse in arbitro et idem in electoribus prelato. fm Inno. in. c. cū di lectus. de elec. in glo. que incip. l. nullā. et idem dicit esse in testibus quibus nō credit si post eorum depositionē factam solenniter postea extra iudicium dicunt se falsum testimonium tulisse: et dicit de hoc esse casum in. c. sicut. extra de testi. iuncta glo. illius. c. et idē in ipsis testibus tenuit Ludo. roma. et Ange. in. d. §. si quis moriens. et Bald. in. l. gn̄aliter. in. j. colū. C. de nō nu. pec. et in auē. si dicatur. in. ij. colū. et Bal. in. c. literas. in. iij. colū. de p̄sump. Et dixit Pe. de ancha. in. c. si. extra de succes. ab intesta. q si vulneratus dixit se mori ex culpa medici qd̄ tn̄ per hoc non iuuat pcussorē. Si aliter hoc nō apparet qd̄ dictū refert et sequit Feli. in. c. literas. in pe. colū. de presum. de quo dixi in sin gu. meo. xxij. inci. confessio offensi. Et adeo est verū qd̄ nō creditur constituto in mortis articulo: qd̄ sing. dixit Bald. in. c. in presentia. in. iij. colū. de proba. q si testator in testamento suo dixit cō fiteor me teneri ad restitutionē vsurarū a multis et diuersis extortarū q tamen per hoc nō presumitur vsurarius. Et vltra predicta pro hac parte qd̄ dicta exculpatio nō tollat indicium precedens. facit optime vrgens ratio videlicet: qm̄ talis reus existens sup furca illud qd̄ dicit extra iudicium et sine iuramento merito non tollit illud qd̄ di

rit in iudicio solẽniter ⁊ cum iuramẽto.
6 Nam eadem solennitas† requiritur in
destruendo que requiritur in ↄstruẽdo
vt in auĩ.econtra si filius.C.de repu.et
in auĩ.de defen.ciui.in.§.non habente.
⁊ in.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.
et in.l.cum emptor.ff.de rescin.ven.Et
facit gl.no.in.l.cum ꝓponeret.ff.de le.
ij.q̃ dixit ꝙ tot testes reqruntur ad pe-
7 nitentiam vel reuocationẽ† testamenti
quot requirunt̃ ad probandũ ipm̃ testa
mentum:qđ etiã voluit Bald.in.l.que-
stionem.in pe.col.C.de fideicõ.⁊ in.c.si
quis feudum.si de feu.fue.cõtro.inter
do.⁊ agna.⁊ in.l.fi.in pe.colũ.C.de ca-
du.tol.⁊ in.l.fi.in vlt.colũ.C.de fideicõ.
et in.l.ij.in.ij.colũ.C.de bo.pos.ẽm tab.
⁊ in.l.errore:in.j.colũ.C.de testa.et do.
Feli.in.c.cũ accessissent.in.ij.col.de cõ-
sti.vbi pro hoc allegat gl.in.c.q̃uis.de
procu.in.vj.⁊ dictam glo.in.d.l.cum ꝓ-
poneretur.pro sing.allegauit Bald.in
l.fi.in pe.colum.C.de eden.et idem vo-
luit Card.et Ioã.de imo.in.c.relatum.
el.j.de testa.⁊ do.Alex.allegans.d.glo.
in rubr.ff.de acqui.pos.et in.l.inter sti-
pulãtẽ.§.sacramẽta.ff.de ver.obl.⁊ do.
Feli.in.c.edoceri.in.vj.col.ver.nõ ob-
stat p̃dictis.de rescrip.⁊ do.Alex.in cõ-
si.suo.cxl.incip.sup testamento ser.Ni-
colai.in.j.col.in.j.vol.et in consi.ccviij.
incip.statutis accurate ⁊c.in pe.col.in
ij.vol.Itẽ hanc partẽ ꝙ eadẽ solẽnitas
requirat̃ in reuocatione actus q̃ requi
ritur in eius celebratione firmauit Lu
do.ro.in consi.suo.lxv.inci.viso thema-
te.vbi ad hoc alle.l.heredes palam.in
§.si quis post.ff.de testa.⁊ in.l.si puelle.
ff.de spõsa.⁊ in.l.nuptie.ff.de rit.nup.⁊
l.si vt proponis.C.de nup.et Bald.in.l.
olim.C.de testa.⁊ in ti.de pace constã.in
§.nos romanorum.⁊ in.l.⁊ placito.C.de
re.permu.Pro quib⁹ optime faciũt di-
cta ꝑ eũdẽ Lu.ro.in cõsi.cxvj.incip.vi-
sis necessariis ⁊c.post princ.⁊ dicta per
Bald.in.l.j.C.si aduer.transa.vbi dixit
8 ꝙ sicut in cõtrahẽdo† requirit̃ decretũ
ita in distrahẽdo.Et dixit Bald.in ad-
di.Spe.in tit.de instru.edi.in.iiij.colũ.
in ver.instrumentum hꝫ ⁊c.in princ.ꝙ
tot testes requirunt̃ ad reprobãdũ in-
9 strumentum quot † reqrunt̃ ad ipsi⁹ va-
liditatẽ.Et faciũt dicta ꝑ eundẽ Baldi
in.c.j.in.iij.col.ver.⁊ nota ꝙ per instru-
mentũ.in ti.qđ sit inue.Itẽ in hãc par-
tẽ ꝙ eadẽ solennitas requirat̃ in reuo-
cãdo actũ q̃ reqrit̃ in illo celebrãdo te-
nuit Pet.de anc.in cõsi.suo.cccxxxviij.
incip.de efficacia.in.j.col.⁊ Bald.in.l.
q̃ties.in.§.j.ff.de here.insti.et do.Feli.
in.c.accedens.el.j.in.iij.colũ.vt lit.non
conte.Et p̃dicta habẽt locũ nõ solũ vbi
tractat̃ de reuocãdo actũ tam factum:
sed etiam vbi tractatur de ratificatiõe
ipsius actus.Nam etiã in ratificatione
10 requiritur† eadẽ solennitas que requi-
rebatur in ipso actu principaliter cele-
brando.ita dixit Lu.ro.in consi.suo.xij.
incip.viso facto ⁊c.ante fi.alleg.l.si vt
proponis.C.de nupt.et.l.nuptie.ff.de
ritu nup.⁊ dicit ꝙ pro hoc facit qđ not.
Inno.in.c.cum dilecti.de emp.⁊ ven.et
Io.an.in.c.cum laicis.de reb.eccle.nõ
alie.⁊ idem voluit Paul.de ca.in.l.iuui
ctum.ff.de ser.vr.p̃di.Et ad corrobora-
tionem p̃dictoꝝ facit optime qđ voluit
do.Alex.in cõsi.suo.lxxxj.incip.reuocat̃
11 in dubiũ.in.j.col.in.v.vol.vbi dixit † ꝙ
eadem solẽnitas reqrit̃ in renũtiando
cõpromisso que reqrit̃ in illo acceptan-
do.et ideo dicit ꝙ si arbiter acceptauit
cõpromissum ad instantiã vtriusqꝫ par-
tis ꝙ nõ poterit illud renũtiare ad in-
stantiã vnius partis tñ:alr̃s renũtiatio
esset nulla.Cum ergo in casu nostro nõ
interuenerit in dicta exculpatione fa-
cta ꝑ reũ sup furca illa solẽnitas iudi-
cũ ⁊ iuramenti que interuenit in incul
patione ergo merito indicium existens
ↄtra illũ inculpatũ nõ erit sublatũ ꝑ di-
cta vba ipsius rei facta sup furca:⁊ siẽ
ꝑ dictã exculpationem: lꝫ ista sit facta
ꝑ reum in extremo vite spũ.Et põt assi-
gnari rõ q̃re non credit̃ ↄfessioni factẽ
in vltimo vite.rõ ẽm est q: non oĩs mo-
riẽs sanctus Ioãnes euãgelista.ita di-
cit Bal.in tit.de pa.ↄstã.in verbo vasal-
li nrĩ.Pro q̃ facit qđ dixit Old.in consi.
suo.xciij.inci.viso diligẽter ↄcessu.vbi
12 dicit † ꝙ morientes nõ dicunt semp verũ
qđ etiã dixit glos.in.c.literas.in verbo
graue:de presum.⁊ Ias.in repe.l.admo

nendi.in.iv.col.post me.ff.de iureiu.Et iō dixit Bal.in addi.Spe.in tit.de cōfes.in verbo ɔfessio facta in vltima ⁊c. ꝙ cōfessio facta in vltima volūtate nō ꝓbat debitū esse vel nō esse ⁊ dicit ꝙ ta lis cōfessio pōt reuocari:qꝛ spēs vltime volūtatis nō asit est spēs ꝓbationis.et ideo dicit ipse Bald.ibi ꝙ hoc facit pro eo q̄ legit.x.pro vsuris vel male ablatis vt si recōualescat non possit ex illa scriptura cōueniri:de quo etiam dixi in repe.mea.l.si.in.lxuij.char.C.de proba. Item ꝙ tali reo nō credaꝛ in hoc casu facit optime vrgens ratio.Nā vt quotidiana docet experientia isti rei qui ducunꝛ ad mortem adeo cruciantꝛ timore ⁊ dolore mortis ꝙ sunt alieni ab intellectu ⁊ non sunt cōpotes mētis ⁊ maxime qñ hābēt laqueum ad collū et sunt super furca ⁊ vidēt se ilico ⁊ incōtinēti morituros vel qñ debent decapitari et vident ibi ante se instrā ferrea parata ad incidendum sibi caput:⁊ ideo tanꝗ nō sint in sano intellectu et nō cōpotes mētis non est eis credendū.ar.tex.in.l. hac ɔsultissima.in ver.at cum humana fragilitas mortis cogitatione turbata

13 C.q̄ testa.fa.pos.talis enim tōppressus mortis timore est similis mortuo.vt dicit tex.in.l.iubemus.post princip.C.de test.⁊ voluit Paul.de ca.in cōsi.ccclxvi. inci.viso pūcto ⁊ allegationibꝰ vbi etiā alia dicit in hoc ꝓposito.in ver.nec sufficiūt ad instruc.Itē ꝓ hac parte ꝙ non credatur ipsi reo in tali casu facit alia rō.Nā si veruꝫ esset ꝙ ipse indebite inculpasset illū non expectasset ad eū inculpandum tēpꝰ illud qñ erat sup furca cū laqueo ad collū:sed illum exculpasset tpe quo confessus fuit pctā sua sacerdoti ⁊ accepit eucharistiā:nam tunc vocasset ptātem ⁊ notariū ⁊ illū exculpasset nec est ꝑsumēdū ꝙ voluisset accipere eucharistiam cū illo onere ⁊ pctō ⁊ cum illa indebita inspectiōe ꝓximi ⁊ sic cum iuridice exculpasset ꝙ certe verisimile est si ille inculpatus fuisset innocēs.nam tale tēpꝰ est magis aptum ⁊ magis cōtinenēs ad exculpandū indebite inculpatos ꝗ tēpꝰ quo est sup furca cū laqueo ad collū.Itē alia est etiaꝫ ratio quare non sit credēdū tali reo exculpanti aliquē sup furca:vt qꝛ dixi tales rei sup furca existētes nō sunt compotes mētis nec in sano intellectu sed regūt linguā suā fm et ꝑut sibi dicitꝛ ab illis confortationibꝰ q̄ sibi danꝛ vt eos hortenꝛ ad penitētiā ⁊ ad bene morien dum ⁊ oīa que eis persuadent dicti cōfortatores dicunt et faciunt ipsi rei.Et ideo tales exculpatiōes magis faciunt ipsi rei ad ꝑsuasionem reqsitionē et instantiā taliū confortatorū ꝗ motu proprio:qꝛ sibi persuadent qđ si talē exculpationē nō faciūt morienꝛ in pctō et in dānatione ⁊ perditione aīe ⁊ corporis. Et sepe ac sepius affines ipsius inculpati vel amici rogāt instanter ⁊ instantissime dictos confortatores vel velint facere ꝙ reus exculpet amicū vel affinem suū quē inculpauit et sibi ꝓ mittūt aliqua si hoc faciat.⁊ tūc tales confortatores vt lucretur sibi ꝓmissa operāꝛ toto posse qđ reus facit talē exculpationem ⁊ persuadēt ipsi reo ꝙ si faciet talem exculpationē ibit illo die ad prandium cū beata ṽgine et ibi tripudiabit cum angelis ⁊ ideo talis exculpatio nō prodest inculpato ꝑ iura ⁊ rōnes superius adductas.Pro q̄ parte ⁊ opi.facit alia rō.Non negari nō pōt qđ iste reus qui primo solēniter in iudicio in forma testis cum iuramēto dixit illū fuisse eiꝰ sociū ad cōmittēdū illud delictū si modo sup furca dicat ɔ̄triūm non sit periu-

14 rus ⁊ ꝑ ɔ̄ns infamis.†Nam piurus est infamis fm glo.in.c.peruenit.de fide inst.⁊ est tex.in.l.si quis maior.⁊ ibi glo. ⁊ doc.C.de transac.⁊ est gl.in.l.que sub conditione.in verbo interuenerit.ff.de condi.insti.⁊ in aut.scenicas.nō solum fide ꝑstent.in.§.j.in ver.si q̄ omnino et voluit glo.⁊ doc.in.l.luciꝰ.ff.de infa.et Io.an.do.Ant.⁊ alij in.c.testimoniū.de testi.et hostié.in sum.de vsur.§.an alias quo casu in vlt.col.ver.de noto:ijs ⁊c. quē refert ⁊ sequiꝛ Archi.in.c.sicut nō suo.xlvj.di.⁊ Arch.in.c.paruuli.xxij.q. v.Et idem tenet Ioā.de imo.in cle.j.in vj.col.de iureiu.in ver.quero an periurus.⁊ Bald.in.c.querelam.post glo.de iureiu.et Goffr.in sum.de iureiu.in.§.

in periurus.et Barb.in.c.testimoniū. de testi.vbi dicit q̃ de hoc est casus in c.infames.viij.q.ij.et in.c.si qs conuictus.xxij.q.v.et in.c.predicātibus.xxij.q.j.z in.§.periurij pena.eadē cā:z questione.de quo latius dixi in repet.mea l.fin.C.de proba.in.x.chart.vltra med.
15 †Sed dictū periurij nō pbat:vt in.c.sicut.z in.c.testimonium.de testi.z in.c.qcunq3.vj.q.j.z in.d.c.paruuli.et in.c.literas.de presum.z voluit Spe.in tit. de teste.in.§.j.ver.item q̃ est infamis. ergo dictū istius rei tanq̃ dictū periurij nihil operabitur.Item vltra predicta iura z rōnes q̃ talis exculpatio nō prosit inculpato.tenuit expresse Bald. in consi.suo.lxxix.inci.regula iuris zc. in fin.in.iij.vol.vbi fortius dixit vcz q̃
16 reuocatio † cōfessionis q̃ fit in carcere nihil operat:q2 fit extra iudiciū non in iudicio.alleg.l.ij.C.de custo.reo.Pro quo facit.Nam fortior est actus qui fit
17 in iudicio † q̃ q̃ fit extra iudiciū iuxta glo.in aut.gnaliter.C.de epi.et cle.et voluit Jas.in.l.iubemus.in.ij.colū.C.de iudi.pro quo faciunt plura que dixi de calore iudicij in repeti.mea rubri.C.de proba.in.xix.col.ver.intellige et predictam conclusionē zc.ergo actus extraiudicialis non pōt tollere actum iudicialem.z faciunt que dixi in singu. meo.ccxij.inci.communis olim scribentium.z hoc etiam firmat Ang.in consi. ccxviij.inci.factū tale Christop.petri. in pe.col.versi.de scdo.Et sic ex supradictis videt cōcludendum q̃ talis exculpatio facta per reū super furca cū laqueo ad collū nō tollat indiciū existens ɔtra inculpatū ex delicto ipsius rei solēniter z iudicialiter facto.Attñ si volumus recte cōsiderare est maximum q̃d apud deū et populum q̃ ille reus statim moriturus exculpet illum quē inculpauit z talis exculpatio non valeat.pro qua opin.q̃ talis exculpatio ɔsit inculpato adduxi plura vltra ea q̃ hic adduxi.s.in.§.diligēter.in nu. 117.cum pluribus numeris ibi sequentibus vbi examinaui istā questionem satis consonam isti vcz an dictū offensi constituti in mortis articulo faciat indicium ad torturā contra illū quē dicit ipse moriens eū percussisse.Posset forte dici q̃ de eqtate:et in foro poli illa exculpatio valeret z ꝓdesset ipsi inculpato:s3 secus in foro fori:z de rigore iuris per dicta iura.Vel forte iudicio meo posset distingui hoc modo:vcz q̃ aut ꝓ illa imputatiōe ꝑlo facta ꝑ dictū reū cōcurrebat aliqđ iudiciū presumptio:vel cōiectura:z tunc simplex reuocatio vel exculpatio nō ꝓsit inculpato. Aut ꝓ dicta inculpatione nullū concurrebat indiciū ꝑsumptio vel coniectura sed sola inculpatio nuda ipsius rei:et tūc exculpatio facta ꝑ reū super furca:vt.s.h3 tollere indiciū inculpationis.et ita mihi vr̃ concludendum:q̃ distinctio multū conuenit iuri et rōni naturali:vt de se ptz:ita mihi videtur concludendū in presenti qōne.et vide que dixi in sing.meo.xxij.inci.confessio offensi zc. Hippolytus.

☞ Condēnari non pōt reus nisi sponte confessus aut legitime conuictus. 1
Cōfessio facta in tortura legitimis indicijs non precedentibus est nulla. 2
Confessio coacte facta nō tenet etiam si postea superueniant indicia. 3
Testis dictū primo deponens sine iuramento postea iurat nō est tenendu3. 4
Donatio filiussa.tamē patris consensu non validatur superueniente cōsensu patris. 5
Judex ponēs aliquē ad torturā legitimis indicijs non precedentibus tenetur in sindicatu. 6
Citatione illegitime facta: processus sententia z omnia que sequunt: sunt nulla. 7
Confessione maleficij existēte nulla ꝓbatio maleficij redditur inualida. 8
Accessoriū annullatur principali annullato. 9
Instrumento annullato annullatum est precarium eo appositum. 10
Contractu principali nō tenente:nec etiam tenet preceptū guarentigie in eo contentum. 11
Conuentio principalis vbi rescindit: rescinditur penalis et quelibet accessoria. 12

13 Interrogatio non dꝫ fieri reo de delictis de quibus nulla sunt indicia.
14 Reus cõfitens se fecisse homicidium ad suam defensionẽ nõ põt morte puniri nisi aliter constat de homicidio.
15 Ueritas est querenda et inuenta attendenda.
16 Ueritas in delictis est inspicienda.
17 Ueritas est probatio probata.
18 Ueritati nihil est fortius.
19 Ueritas omnia vincit.
20 Ueritas potius est amanda ꝙ disputandum de apicibus iuris.
21 Curare nõ debemus de modo dummodo habeamus effectum veritatis.
22 Justitia potius curanda est ꝙ modus.
23 Probatio q̃ fit per visum per inspectionem oculorum potentior est omnibus aliis probationibus.
24 Lex vel statutũ non tollit probationem q̃ fit per rei euidentiam.
25 Stante statuto ꝙ ꝯ iussum publicũ nõ possit opponi aliqua exceptio nisi excep. solu. tamẽ poterit opponi alia exceptio q̃ notorie ex inspectione ipsius iustum apparet.
26 Statutũ prohibens cõtra snlam opponi de nullitate non hꝫ loca in nullitate que constat ex inspectione actorũ.
27 Alienatio rei ecclesiastice vꝫ vbi constat de vtilitate ipsius ecclesie.
28 Contrariorum eadem est censura.
29 Condemnari an q̃s possit ad mortem ex indiciis indubitatis.
30 Innocentia rei post confessionẽ liquidata non debet contra reuꝫ sequi executio corporalis.
31 Confessioni facte metu tormentorum non statur.
32 Confessio in tormentis ꝛ metu tormentorum paria sunt.
33 Probatio q̃ fit per visum et per inspectionem oculorum est potentior aliis probationibus.
sit nõ ꝓhibet ad sacros ordines ꝓmo=
ueri ex quo infert qꝺ ex tali homicidio
nulla culpa sibi ascribitur z nullam pe
nitus penam patiatur.c. p̄sbyterũ.z.c.
suscepimus.de homi.Tertio hoc effi=
caci rõne probatur.Nam talis collu=
ctatio cum pugnis vel brachijs ꝑmittit
a iure:quia fit gratia virtutis.text.est
cũ gl.in.d.§.si q̇s in colluctatione.z ad
idẽ est tex.in.l.ij.in fi.ff.de aleato.adeo
qꝺ etiã clericis permittitur vt ꝓbatur
in.d.c.lator.illud ergo qꝺ occasione ta
lis ludi postea sequitur non imputatur
nec aliquo modo debet puniri:qꝛ quod
fit lege permittẽte penã nõ meretur.l.
gracchus.C.de adul.z ista est ratio iu=
risconsu.l.in.d.§.si quis in colluctatione.
dum inquit qꝺ non tenetur.l.aquilia.z
quia glorie et virtutis causa illud fa=
ctum est.dicit postea ipse Philip.deci.
post p̄dicta in.d.consi.ix.qꝺ facit.z.iiij.
pro hac parte decisio.not.in terminis
Flo.de sancto petro in.l.dolo malo.ff.
de ser.cor.vbi inquit ꝙ si quis in ludo
occisus est puta in ludo cũ pugnis ꝓut
ludit Senis.et ex illa ꝑcussione mors
sequatur iudicari debet mors casua=
lis et sic nõ tenet aliq̄ pena.z ita habe=
mus in terminis decisionem ad casum
istum quã doctrinã etiã sequitur Bar.
cepo.in ꝯsi.xxxj.inci.super homicidio.
in pe.colũ.Quinto pro hac parte facit
qꝺ dixit Pet.de anch.in consi.cclxxx.in
cip.iure iuricto et consuetudine zc.vbi
late ꝓbat z concludit qꝺ cũ bona esset
consuetudo inter pueros inuicẽ collu=
ctãdi z iactãdi lapides vnꝰ cõtra aliũ
ex quo tolleratur talis cõsuetudo vide
tur ꝑmitti z ꝯcedi impune q̇cq̇d ex tali
ludo sequitur.arg.l.ij.ff.de iuris.om.iu.
z.l.oratio.ff.de sponsa.vñ concludit ꝙ
cum iactus lapidis nõ possit moderari
nec regulari de oībus q̄ sequũtur.s.de
vulneribꝰ z de morte vt venia cõcessa.
z iõ in casu suo cõcludit puerũ q̇ alium
in tali ludo cum lapide interfecit non
debere puniri cum em̄ tali autoritate
publica cõcedant penã nõ meret.alle.
etiã Bal.ad hoc.in.d.l.q̄ actiõe.in.d.§.
si quis in colluctatione.vbi in prin.di=
cit ꝙ qñ p̄tiũ autoritate publica est ꝑ=
missum nõ meretur penã.Et subdit ibi
Pe.de ancha.qꝺ lz talis cõsuetudo vi=
deat potius corruptela.tñ ex cã ꝑ no.
in.c.cũ venerabilis.de consue.z sequit
Joã.de ana.in.c.j.de torneamentis zc.
Sexto pro hac parte adducit etiã ipse
Phil.dec.qꝺ no.Ang.in.l.nõ cõtrahit.
ff.ad.l.iul.maie.vbi inquit ꝙ q̇ proijcit
lapidẽ in aliquẽ locũ prohibitũ z per=
cutit trãseũtẽ punitur de culpa z nõ de
dolo ꝑ illũ text.si aũt actus ꝓiciẽdi sit
ꝓhibitus tũc nec de dolo nec de culpa
tenetur alle.l.item mella.in ṗn.ff.ad.l.
aq̇l.cũ ergo in casu d quo.s.ludus esset
ꝑmissus nõ dz teneri.¶ Septimo z vlt.
dicit qꝺ facit pro hac parte gl.not.in.c.
eũ q̇ assseuerat.l.dist.q̄ dicit ꝙ cũ ludus
licitꝰ est z ꝯstat qꝺ in ludo q̇s mortuus
est nõ est necesse ꝓbare ꝙ casu occide=
rit.alleg.c.suꝑ eo.de sen.excõ.z ita ta=
le homicidium a casu reputat z ꝑ ꝯñs
est impunibile.Ex q̄bꝰ oībus concludit
Philip.in.d.consi.qꝺ in casu illa super
quo cõsului ille reus inq̇sitꝰerat absol
uendus ab omni pena.Et ista oīa quasi
ad literã refert ipse Phi.dec.in.d.cõsi.
ix.in.ij.z.iij.col.Pro q̄bus faciũt opti=
me que ego dixi in ꝯsi.meo.xc.inci.illu
mina me q̄so dñe zc.in ꝯsil.c.incip.spm̄
sapiẽtie zc.vbi oino videas.z vide que

dixi in.c.ij.de homici. Tene menti predicta q̃ nõ possent esse vtiliora ꝛc. ꝛ vide Joã. de ana. in.c.j. in.ij. colũ. de torneamentis vbi firmat hãc partem ꝙ talis occidens in tali ludo permisso non puniatur aliqua. Hippolytus.

1 Defensionibus suis reus renũtiare nõ potest: fallit in publico latrone.

2 Publicus et famosus latro põt renunciare defensionibus suis.

3 Repertus in fragranti crimine põt renuntiare defensionibus suis ꝛ sic puniri de facto. ꝛ nu.4.

5 Renuntiatio tacita qua reus dicit se nullam habere defensionem valet.

6 Renuntiatio appellatiõis valet vbi crimen est notorium ꝛ publicum.

7 In notorijs potest incipi ab executiõe.

8 Citari nõ debet qui nõ habet ius.

9 Fideiussor põt cõueniri vbi notorium est principalem nõ esse soluendum: nulla facta excussione cõtra principalem.

10 Publice delinquenti non est dandus aduocatus.

11 Iudex I notorijs supplere põt de facto

12 Fideiubere nemo põt ꝓ alio vbi agit̃ de pena corporali.

13 Renũtiatio defensiõis valet in nouem casibus.

14 Reus omittendo defensiones suas sibi preiudicat.

15 Nõ concluditur in cã in criminalibus.

16 Renuntiatio defensionũ facta per reũ cum iuramẽto non valet.

17 Reus sponte confitens delictum renũtiat defensionibus.

18 Relaxãdus est reus fideiussoribus vbi agitur de pena pecuniaria.

19 Renuntians appellationi videt̃ habere malam causam.

20 Aduocari non debet iudex permittere pro furibus insignibus.

21 Assasinatus offendẽs homines per pecuniam est hostis publicus diffidatus a lege et potest a quolibet offendi ꝛ de facto contra eum procedi. ꝛ nu.22.

23 Procedi põt etiam absq͂ ordine iuris vbi cõstat de immanitate assasinamẽti.

24 Crimen assasinatus non exegit plenã probationem: sed sufficit constare per argumẽta probabilia. ꝛ nu.27.

25 Clericus assasinus potest per iudicem secularem puniri.

26 Assasini etiam non ducentes assasinamentum ad effectũ puniunt̃ ꝓ effectu.

28 Testis de auditu audit⁹ facit indiciũ ad torturam contra assasinum.

29 Dictũ testis de auditu auditus contra assasinum facit qualẽ qualem presumptionem.

30 Iudex preuidẽs tumultũ sedũ in cã capitali: non obstante termino ad defensionẽ dato potest procedere ad executionem sententie.

31 Iudex nõ põt ꝓcedere ad executionem vbi reus renũtiauit defensiõibus suis nisi finito termino ꝑme dilationis.

32 Confessio extraiudicialis reuocata nõ facit indicium ad torturam.

33 Condẽnatio fieri nõ potest ante datum terminum defensionis.

34 Cõtumax nõ potest condẽnari sine noua citatione ad faciendum excusationem suam quare non comparuit.

1 **Examinanda.** †Nũc venit.vij.qõ q̃ est qñ datus est p iudicẽ reo confesso vel conuicto terminus ad suã defensionẽ faciẽdam an tũc ipse reus possit tali termino sue defensionis renuntiari: ꝛ si renuntiat an valeat talis renũtiatio. De hac qõne aliqua dixi incidẽter ꝛ sufficialiter. S. in.§. postq̃. nu.33. ꝛ in §. diligenter. nu.162. Sʒ magis accurate ꝛ magis ample loquendo dicas ꝙ tali termino renuntiari nõ põt ẜm glo. ordi. in. l. pactũ inter heredẽ. ff. de pac. ꝛ gl. in. l. custodias. ff. de publi. iu. ꝛ voluit Bal. in aut. iubemus. C. de iudi. et Bar. in. d. l. pactũ. ꝛ Bald. in. l. qdã sunt serui. ff. de penis. et in. l. non tm̃. ff. de ap. ꝛ Bal. in. d. l. custodias. ꝛ hãc partẽ etiã videt̃ tenere Bald. in. l. nã ꝛ postea. in.§. si minor. ff. de iureiu. in fin. vbi dicit ꝙ si certum est reũ habere defensiões ꝙ nõ tʒ renũtiatio cum ipse reus ex tali renũtiatiõe lederet̃. Et hãc ptẽ qd nõ possit renuntiari tali defensioni tʒ Bal. in. l. fi. C. q̃ accu. nõ pos. in ver. et premitto ꝙ oĩs eorũ defensio ꝛc. ꝓ quo facit rõ. nam nemo est dñs mẽbrorum suorum. l. liber homo. ff. ad. l. aq̃l. et vo

luit Bal.in addi.Specu.in titu.de con fes.in versi.titius cōfitetur ꝛc.vbi ponit pulchꝛū dictū.et alleg.l.j.§.itē illud.ff. ad Sille.Sed cōtrariā partē vcȝ qd va= leat talis renūtiatio facta p reuȝ tenet glos.in.l.j.ff.de fur.balnea.ꝛ idē tenuit Sali.in.d.aut.iubem⁹.C.de iudi.Quid ergo dicēdū.Ego recipio Ludo.ro.in re= pe.rubꝛi.ff.de arbi.in.xvj.colū.in ꝟ.sed an vigoꝛe ꝛc.dicentem verū esse qd nō potest renunciare reus defensionibus suis.per glo.in.d.l.pactum inter here= dem.cum aliis.§.alleg.ꝙ tamē ipse di=
2 cit limitādum esse† nisi in publico ꝛ fa= moso latrone:quia in eo valebit renū= tiatio defensionis.alleg.Bald.in.l.p= uincialium.C.de ser.Secūdo ipē Lud. ro.vbi.§.limitat dictam gl.l.pactū in= ter heredē.nisi reus repertus fuerit in
3 fragrāti crimine† quia tali casu potest renūtiare defensionibus suis et valet talis renūtiatio:ad qd alleg.Bal.in.l. vt vim.ff.de iusti.ꝛ iur.ꝛ dicit ꝙ potest
4 †tunc de facto puniri.alleg.l.penul.ff. de condi.ob causam.ꝛ glo.in.l.ictus fu stium.ff.de infa.ꝛ idem dixit Paris de put.in suo tracta.sindic.in.xxx.chart.in vlt.colum.vbi ad hoc alleg.Bald.in.l. j.C.qui accu.nō pos.et in.l.si quis non dicā rapere.C.de epi.et cleri.Pꝛo qui= bus faciūt plura no.que adduxi de re= perto in fragrāti crimine.in repe.mea l.vnice.C.de raptu virgi.in nume.19.cū pluri.nume.ibi sequen.¶Item limi= tat etiam Lud.ro.vbi.§.d.gl.l.pactum
5 inter heredem.nisi reus dicat† non ha= bere defensiones:quia talis tacita re= nuntiatio valet:ꝛ hoc per glos.in.d.l.j. ff.de furi.balnea.ꝛ dicit ꝙ ita no.Bald. in.l.seruū quoqꝫ.in.§.publice.ff.de p= cura.Tu autem pꝛo istis limita Ludo. roma.adde no.verbū Bald.in.l.a pꝛo= cedente.C.de dila.in fi.vbi dixit colligi posse ex illo tex.ꝙ si aliquis est confes= sus maleficium ꝛ petit nō obstāte ꝯfes= sione terminum ad se defendēdum quē iudex denegat:qua maleficium est no= toꝛiū ꝙ iudex statim potest pꝛocedere ad condēnationē:pꝛemissa tamē q̄dam interlocutoꝛia per quam interloquat dilationē nō esse dandā tanꝙ petitam

per calūniam.Et subdit ibi ipse Bald. vtile esse in talib⁹ interloqui.alleg.no. per Inno.in.c.ad petitionem.de accu. ¶Item potest etiam adduci p dictis Ludo.roma.vbi.§.quod voluit Bald. in.l.raptoꝛes.C.de epis.et cle.vbi dixit quod licet alias in causa criminali nō possit renuntiari appellatiōi.per.l.non tantum.ff.de appel.tamē hoc fallit nisi
6 †crimen sit notoꝛium:quia tūc valebit renūtiatio ipsius appellationis:ꝙ etiā voluit Ange.in.d.l.pactum inter here= dem.ꝛ Abb.in.c.ij.de re iudi.ꝙ est sin= gula.no.ad limitationē.d.l.nō tantum. de appel.Pꝛo quo facit no.verbū An= ge.in.l.libertus.in.§.seruitus.in fin.ff.
7 de sta.ho.vbi dixit qd in notoꝛiis† po= test incipi ab executione:quod etiā vo= luit Bald.in.l.ictus fustium.ff.de his q̄ not.infa.ꝛ Innocen.in.c.statuimus.de elec.in.vj.Et adduci potest etiā quod voluit Innocen.ꝛ post eum Hostien.in
8 c.cum olim.de re iudic.vbi dixit† quod quādo notoꝛie constant quod quis nō habet ius ꝙ talis non debet citari.Et faciunt etiam dicta per Bald.in fi.in.j. colum.C.vt que desunt aduo.par.Et fa cit dictum Barto.in.l.si ego.in fin.ff.si cer.pe.ꝛ glos.in.l.x.de verbo.obliga.et qd volunt mod.in.l.exitus ꝯtrouersie.
9 ff.de acqui.pos.vbi dixerūt ꝙ vbi† no= toꝛium est pꝛincipalem non esse soluē= do potest conueniri fideiussoꝛ non fa= cta excussione contra ipsum pꝛincipa= lem.Et dixit no.Bald.in.l.iubemus.C.
10 de defen.ciui.ꝛ in aut.sed nouo iure.C. de ser.fugi.ꝙ non est† dandus aduoca= tus publice delinquenti pꝛo quo vide= tur tex.in.c.bone.el.j.in versicu.poꝛro. de elec.ꝛ facit etiam tex.in.l.ij.in.§.qui de frumentaria.ff.de admi.rerum ad ciui.perti.Et faciunt optime dicta per Barb.in.c.euidentia.in.ij.colum.de ac= cu.Et facit etiam quod dixit Ange.de are.in trac.malefi.in versic.cicatrix.in versi.dicit statutum vbi dicit qd in no=
11 tariis† iudex pōt supplere de facto ad qd alleg.Bald.in.d.l.j.C.vt que desunt aduo.par.ꝛc.¶Et faciūt dicta p Lud. ro.in.l.sed si quis.in.§.quesitū.ff.si q̄s cautio.et per Ange.de are.in tracta=

malefi.in verbo q̄ iudex statuit termi-
nū ad eoꝝ defensionē faciēdam.in vlt.
ver.vbi dicit idem qđ dixit Ludo.ro.in
dicta rub.de arbi.ꝛ faciunt plura not.
q̄ dixi in materia notorijs.s.in.§.scđa
qō.nu.42.cū verb.ibi seq.vbi vide.Itē
vltra doct.superius allegatos reperio
Phi.examinātem hāc q̄stionem ꝛ mul-
tū no.more suo solito in.c.cū venissent.
in.iij.colū.de test.vbi inter cetera dicit
qđ renūtiatio facta testibus per accu-
satū nō vꝫ fm Bal.in.d.c.cū venissent.
ꝛ hoc per gl.in.d.l.pactū inter heredē.
ꝛ ideo Bart.fm eū.in.d.l.custodias.ff.
de pub.iudi.dicit ꝙ male vidētur face-
re assessores qui faciūt ꝙ reus renun-
tiat termino ꝛ defensionibus suis ꝯtra
l.nō tantum.ff.de app.ꝛ.l.aditos.C.de
epi.au.Et dicit ꝙ ratio potissima est:qꝛ
nemo est dñs mēbrorum suorum.d.l.li
12 ber homo.Unde†nemo potest fideiu-
bere ꝑ alio vbi agitur de pena corpo-
rali fm gl.singu.in.c.cum homo.xxiij.
q.v.quam sequitur Bal.in.l.neqꝫ.C.ne
fi.pro patre.et in.c.breui.in.iij.colum.
de iureiuran.ꝛ in.l.ij.C.de consti.pecu.
ꝛ in.c.veritatis.in.iij.col.de dolo ꝛ cō-
tu.ꝛ Pe.de anch.ꝛ Jo.de Imo.in rub.
extra de fideius.ꝛ Lud.roma.in ꝯsi.xv.
ꝛ in.l.si filiussa.la.ij.in.xv.colū.ff.solut.
mat.ꝛ Sali.in.l.ad commentariēses.ff.
de custo.reo.de quo etiam vltra eū vi-
deos Bal.in.l.nullus.C.de exhi.reis.ꝛ
August.ari.in addi.ad tract.Ange.sup
malefi.in verbo fama pub.in.xj.char.
in.ij.addi.circa me.Pro q̄bus etiā fa-
ciūt q̄ ego dixi.s.in.§.expedita.nu.55.
vbi videas.¶ Et adduci etiam possunt
not.per Joan.an.in regula semel ma-
lus.de reg.iu.in.vj.quē refert Abb.in
c.cum ecclesijs.de maio.ꝛ obe.ꝛ glo.ij.
q.iij.in summa.et Joan.and.in.c.cum
C.laicus.de fo.ꝯpe.in.vj.et Salic.post
Bal.in.l.fi.C.de neg.gest.et glos.singu.
fm Dyn.in.c.ipsa pietas.xxiij.q.iiij.et
Ange.in.l.quicunqꝫ.C.de ser.fugiti.et
glos.fina.in aut.imo.C.de actio.ꝛ obli.
¶ Subdit postea dominus Philip.vbi
s.ꝛ dicit quod valet dicta renuntiatio
defensionis in nouem casibus.primo
si reus est confessus maleficium spon-

te:quia tūc renūtiādo termino postea
13 sibi dato ꝑiudicat sibi†fm Bald.in.l.
accusatoribus.in.j.colum.C.de accus.
ꝙ etiā voluit Bal.in rub.extra de pac.
in.ij.colum.et idem si renuntiaret de-
fensionibus que sunt de apicibus iu-
ris ꝛ statutorum ꝛ nō de iure gētiū fm
Bald.in.l.j.in.xxv.col.ver.super quin-
to.C.qui accusa.non pos.et in.d.c.cum
venissent.ꝛ idē dicit esse si tacite renū-
tiaret puta ꝑmittēdo labi tempus de-
fensionis fm Bald.ibi ꝛ qđ possit reus
14 omittēdo defensiones†sibi preiudica-
re est gl.in.d.l.j.ff.de fur.Bal.Et idem
dicit si est latro famosus sibi:vt dixit
Lud.ro.in.d.rubri.ff.de arb.Et idem si
notorium est nullā defensionē cōpete-
re fm Ange.in.d.l.pactū inter heredē.
Et idē si reus sit captus in fragrāti cri
mine fm Bald.in.d.l.vt vim.in prin.ff.
de iusti.ꝛ iur.Et idē etiam dicit si reus
renūtiaret exceptionibꝰ declinatorijs
fori fm Bald.in.l.pe.C.de pact.ꝛ in.c.j.
in.j.colum.de iudi.Et idem dixit si re-
nuntiet per conclusionem in causa fm
Ang.in.d.l.pactum.quem tamē ibi re-
probat Fran.are.fm eum tum quia est
15 eadem ratio tum quia†non concludi-
tur in causa in causis criminalibus fm
Bald.in.l.j.in.iij.colum.versic. quarto
quero.C.de condi.inde.nisi statutū im-
ponat conclusionem fm Bald.in.d.l.si
accusatoribus.quasi in fi.Et idem dicit
vbi pena nō esset corporalis:quia tunc
cessat ratio dicte cōclusionis fm Frāc.
de aret.nisi forte fm eum ageretur de
infamia:qꝛ dicitur esse mutatio status
per not.in.l.de minore.in.§.tormēta.ff.
de questio.Extra autem dictos nouem
casus stat firma conclusio quod reus
non potest renuntiare defensionibus
suis.¶ Quod procedit etiaꝫ si reus in
16 renūtiatione iuraret†fm Bald.in.l.j.
in.xv.col.C.de confes.ꝛ procedit etiam
si renūtiaret exceptiōibus puta quod
procedatur tempore feriato fm Bart.
in.d.l.custodias.per illum text.ita for-
maliter dicit Phil.in.d.c.cū venissent.
Mihi autem pro hac conclusione et li-
mitationibus predictis videtur aliq̄d
addi possit.Et primo insertū do.Philip.

dicit qd valet talis renũtiatio quando ipse reus est sponte confessus malefi-
17 cium†dico quod hoc etiam exp̃sse vo- luit Bal.in rub.extra de pac.in penul. seu vlt.col.in ꝟ.ꝑ pactũ ꝛc.ꝛ qd ꝓ hac limitatiõe facit optime qd voluit Bal. in.l.nullus.C.de exhi.reis vltra me.vbi dixit quod lʒ vbi tractãtur de pena pe- cuniaria imponẽda reus sit fideiusso-
18 ribus relaxãdus:†hoc tamẽ fallit nisi ipse reus spõte sit confessus delictum: quia tũc nõ relaxabitur fideiussoribus: quod dictum refert et sequitur Augu. de ari.in suis addi.ad Ang.super ma- lefi.in ver.pro quibus ałit fideiussit.in §.addi.ꝛ idẽ dixit Ang.de are.in.d.tra- cta.in verbo fama publica.in.ix.chart. versic.decimo quero ꝛc.Item inquan- tum do.phili.dicit qd reus tacite po- test renunciare defensioni sue permit- tendo labi tẽpus qd non posset expres- se.videas tu Bal.qui huic dicto vide- tur aliqualiter contrariari si accurate ponderentur verba sua.in.c.j.in.§.iu- dices.in vlt.colũ.de pace iuramen.fir. versicu.porro si appellans ꝛc.vbi dicit
19 qd si appellãs†expresse renuntiat ap- pellationi videtur habere malã cãm.ꝛ ita fateri:secus aũt si tacite permittẽ- do labi tp̃s:qꝛ tũc ꝑ talem tacitã renũ- tionẽ nõ indicitur talis cõfessio tacita: ꝛ vide etiam Bald.in.l.vbi adhuc.in.v. col.versi.aduerte.C.de iur.do.ꝛ dicta ꝑ Alex.in ꝯsi.cccxcviij.inci.in nomine san cte ꝛ indiuidue trinitatis.in.v.col.ver. quibus tñ nõ obstãtib⁹.Itẽ inꝗtũ do. Phi.postea dicit ꝙ p̃dicta conclusio nõ hʒ locum in latrone famoso:qꝛ talis la tro famosus põt renũtiare defensioni- bus suis.ad qd all.Lud.ro.in.d.rub.ff. de arb.in.xvj.col.ꝛ Bald.in.l.puincia- rum.C.de ferijs.Tu vltra eũ potes ali- qua adducere ad hoc q̃ ał's tpe iuuen- tutis mee cumulaui in repe.mea.l.fin. C.de proba.in.xxiiij.char.cum sequen. ¶Et primo adduco Ang.de are.in suo trac.malefi.in verbo ꝛ vestem celestem abstulit.in verb.et bene nota.vbi dicit
20 †qd pro furib⁹ insignibus iudex nõ dʒ pati aliquem aduocare.per.l.oẽs.C.de defen.ciuita.vbi est bonus tex.ad hoc:

qd etiam voluit Lud.ro.in.l.si vere.in §.de viro.in.xlvj.fal.ff.sol.mat.ꝛ Bar- ba.in.c.querẽti.in.x.col.de offic.deleg. Et facit optime qd voluit Par.de pu.in suo trac.sing.in.xxxj.car.in.j.col.in ver.
21 ꝛ idõ dico ꝛc.vbi dixit ꝙ talis siu⁹ q̃ per pecuniã homines offendit põt renun- tiare defensionibus suis:qꝛ est hostis publicus diffidatus a lege et a quoli- bet offendi põt.per.c.j.de homi.in.vj.
22 ꝛ ꝯtra ipsum de facto ꝓcedit†vt dicit Bart.in.l.nõ solũ.in.§.si mãdato.ff.de iniur.in quo est maior ratio q̃ in latro- ne publico.Et faciũt etiam dicta ꝑ eũ- dem do.Paridẽ.in dicto suo trac.in.lj. char.in.ij.col.circa fi.vbi dicit ꝙ iudex
23 cõtra assasinum†põt ꝓcedere ex mero officio suo:alleg.plura et dicit postea ꝓpter immanitatẽ assasinamenti pro- ceditur iuris ordine p̃termisso:alleg. Bar.in.l.nõ solum.in.§.si mãdato.ff.de iniur.Et dicit ꝙ plus dñt cano.in.c.ꝑ humani.de homi.in.vj.ꝙ in hoc crimi-
24 ne nõ exigitur†plena ꝓbatio:sed suffi cit ꝯstare per ꝓbabilia argumenta.ar. l.nõ omnis.in.§.a barbaris.ff.de re mi. ꝛ.l.famosi.ff.ad.l.iu.maie.c.seculares. de foro ꝯpe.in.vj.ꝛ alleg.etiam Cal.in cõsi.suo.iiij.in tit.de dila.ꝛ dicit etiam
25 ꝙ si†assasinus sit cleric⁹ ꝙ poterit pu- niri ꝑ iudicẽ secularẽ fm Lap.in.d.c.ꝑ humani.qꝛ ipso iure videnᷓ degradati ꝛ videtur data vnicuiqꝫ potestas ipsos capiẽdi.c.j.de scisma.in.vj.ꝛ ꝑ hus vi- dẽtur spoliari oĩ p̃uilegio clericali.vt ibi ꝑ doc.Et subdit etiã ꝙ tales assasi- ni tenenᷓ restituere pecuniã quam ac- ceperũt ꝑ assasinamẽtũ fm Bal.in.l.j. §.fi.ff.de eo per quē fac.erit.Et tales assasini etiã si nõ deduxerunt assasina-
26 mẽtum†ad effectũ puniunᷓ tñ ꝓfes- ciu:vt gl.in.l.ij.ff.quod quisqꝫ iur.ꝛ ibi Ludo.ro.ꝛ Ange.in.d.§.si mandato.de quo etiã per Ange.in.l.j.C.de sepulch. vi.ita dixit.d.Par.vbi.s̃.ꝯtrariũ tamen tenet Ange.in.l.itẽ apud labeonẽ.in.§. si curauerit.ff.de iniur.de quo etiã vi- de Bald.in.l.j.§.hec aũt.ff.qd q̃sqꝫ iur. ꝛ pet.phi.cor.in cõsi.cclix.incip.lʒ ꝛc. in.j.vol.Et de isto enormi delicto alia plura ꝛ plura adduxi.s̃.in.§.diligẽter.

nu.159.cum pluribus nu.ibi seq.q̄ hic
omitto ne idē p idē repetā.Et p illud
dictum,d.Paridis.§.relatū:vcʒ q ɔtra
27 assasinos nō requiritur plena†pbatio
sed sufficit cōstare p pbabilia argu.vt
etiam dixit Ang.in consi.xiiij.inci.nos
Carolus ꝛc.Dixi ego his primis die-
bus in quadam allegatione mea in ar-
dua facti ɔtingentia qd̄ lʒ testis de au-
28 ditu auditus†nō pbet:vbi habet in.c.
testes.iiij.q.ix.ꝛ in.l.testiū.C.de testi.et
habet in Spe.in tit.de teste.in.§.j.vsi.
item q deponit de auditu.ꝛ in.d.tit.in
§.nūc tractemus.in.v.col.in ver.de au-
ditu quoq.tn̄ talis testis facit indiciū
ad torturam cōtra assasinū ꝛ ideo:qꝛ ta-
le dictū testis de auditu auditus facit
qualē qualem p̄sumptionē seu cōiectu-
29 rā†vt sing.dixit Archi.in.c.hoc videt.
xxij.q.v.quem refert ꝛ sequitur Ludo.
ro.in repe.l.si vero.in.§.de viro.in vlt.
col.ff.sol.ma.ꝛ Alexā.ɔsi.lxxvij.inci.in
causa accusationis.de crimine falsi.in
j.volu.ꝛ pau.de cast.in ɔsi.xvij.inci.in
causa q̄ vertit Parme.quos refert ꝛ se-
quitur Jas.in.l.admonēdi.in.xv.colū.
in prin.ff.de iureiur.Sed si tale dictū
facit qualem p̄sumptionē ꝛ cōiecturā ꝛ
cōtra assasinos sufficiat pbatio p pro-
babilia argumenta:ergo sufficiet qua-
lisqualis p̄sumptio que in se plus hʒ q̄
argumentū:vt colligi pōt ex dictis per
Bal.in.l.ea q̄dem.in.ij.colū.C.de accu.
q̄ omnia teneas mēti ɔtra inq̄sitos de
enormi crimine.Sed tn̄ vide oino que
dixi.S.in.§.diligēter.nu.169.et.150.Et
de istis assasinis vide etiam aliqua per
Bal.in.l.nō ideo minimus.post prin.C.
de accu.ꝛ.S.in.§.diligenter.in nu.156.
¶Vlterius circa p̄dictā materiā renū-
tiationis defensionis tene menti tria.
Et p̄mo qd̄ lʒ reus regulariter nō pos-
sit renūtiare defensionib⁹ suis:tn̄ etiā
pendēte dicto termino ꝛ dicta dilatio-
ne iudex pōt pcedere ad executionem
30 capitalem†qn̄ timet qd̄ fiat tumultus.
Ita dixit Lud.ro.in singul.cccccclxxxix.
inci.lʒ iudex pcedere nō possit ꝛc.ꝛ di-
cit qd̄ ad tumultū populi executio ca-
pitalis pōt accelerari.ꝛ alle.iura.Sed
vltra Lud.ro.in.d.sing.vide Bald.in.l.
cū reis.C.de penis vbi dicit q si iudex
dedit dilationem cōuicto sed ad faciē-
das defensiones suas quo stante ami-
ci eius procurant q fiat adunatio ho-
minū:vt ipse liberetur quod hoc casu iu-
dex non debet ista expectari sed debet
facere reum cōuictum renūtiare dila-
tioni ꝛ facere ipsum decapitare:ꝛ hāc
doctrinam Bal.refert et sequi videtur
Ang.de are.in trac.malefi.in versi.q iu-
dex statuit terminū ad eorū defensionē
ꝛc.in versi.si aūt aliq̄s ꝛc.ad que etiam
vide que dixi in.l.qui cedē.ad fin.ff.de
sica.¶Secundo teneas menti q casu
quo reus habuit terminum defensiōis
ꝛ renūtiauit dicto termino ꝛ defensio-
nibus suis potest tn̄ post dictam renū-
31 tiationem reuocare†talem renuntia-
tionem qua reuocatione facta non po-
terit iudex pcedere ad executionē nisi
finito termino prin.dilationis date ad
facien. suam defensionem:ita no.dicit
Ange.in.d.l.pactū inter heredē.in vlt.
colū.ff.de pac.vbi dicit q cautus debet
esse aduocatus inquisiti vel accusati q̄
renūtiauit defensionibus suis:vt reuo-
care faciat ab ipso reo talē renuntiatio-
nem qua reuocatione facta nō poterit
ipse iudex pcedere ad aliquam execu-
tionem cōtra ipsum reum qd̄ est diligē-
ter notā.in practica.Pro quo facit in si-
mili.Nā lʒ cōfessio facta extra iudiciū
faciat indiciū ad torturā fm glo.ꝛ doc.
in.l.capite quinto.ff.de adulte.istud est
32 verum†nisi talis confessio reuocet per
ipm reum qui eā fecit:qꝛ tūc nō poterit
torqueri fm Bal.in.l.j.in pe.colū.C.de
cōfes.vbi subdit q caut⁹ debet esse ad-
uocatus rei vt faciat illā cōfessionē re-
uocare quā pōt reuocare etiā nō docto
de errore cum sit cōfessio nudi facti:et
idem dicit in ɔfessiōe facta corā iudice
incōpetenti:q dictū exclamat Jas.in.l.
magistratus.in.ij.col.ff.de iur.om.iu.ꝛ
Feli.in.c.olim.in.iij.colū [illegible] versi.ij.ꝛc.
de rescri.de quo etiā dixi [illegible] singu.cccx.
incip.credo te scire ꝛc.ꝛ.S.in.§.diligen-
ter nume.79.¶Tertio teneas etiam
mēti circa hāc materiā vnū no.verbum
vcʒ q semper iudex dʒ dare terminum
33 defensionis reo ɔfesso vel cōuicto†ali-

nō dato sibi dicto termino non poterit deueniri ad aliquā condēnationē contra dictū reum:ita multū no.dixit Ange.in.d.l.pactū inter heredē.ff.de pac. pro quo alleg.tex.in.l.iij.in.§.si ad diē. ff.de re mili.de quo latius p Ange.vbi s.⁊ idē dixit Bald.in.l.raptores.circa me.C.de episco.et cle.vbi alleg.d.l.iij. §.si ad diē.Sed tu in simili adde quod
14 contumax† nō pōt cōdēnari sine noua citatiōe ad facien.excusationem suam vt doceat de impedimēto suo quare nō cōparuit:ita dixit Bal.in.l.ij.in vl.colū. versi.sed quero.ff.si quis in ius vo.non ierit.de quo etiā per Alex.post Barto. in.l.j.in prin.in vlt.colum.ff.si quis ius dicē.nō obtē.⁊ Alex.in consi.ccxij.inci. pōderatis.in.iij.col.in.vj.vol.de quo ēt. per glo.⁊ Abb.in.c.qm contra.extra de proba.⁊ p Feli.ibi.in.viij.colū.⁊ p glo. in.c.honoratus.in verbo tot scriptis. lxxiiij.dist.⁊ glo.in.c.de illicita.in ver-
15 bo peremptorio.xxiiij.q.iij.†⁊ p me in l.patre vel marito.in.vj.colum.ver.ulterius scias ⁊c.ff.de questio.et qu- latius etiam dixi in repet.mea.l.de vnoquoq3.in.xxxix.colū.ff.de re iud.Tenementi predicta quia vere sunt practicabilia:vtilia ⁊ multum lucratiua.

1 Pena legalis aut statutaria vltra illarum attendi debeat.
2 Pena statutaria tollit penam iuris cōmunis.⁊ nu.5.
3 Ultima quomodo derogent prioribus
4 Ultimum statutum derogat primo.
6 Fatuus iudex est qui imponit penā iuris cōis omittens penam statutariam.
7 Statuta diuersa vbi reperiuntur illud attēdēdū est quod reipublice conuenit
8 Statutū respiciēs personas specialius est statuto respicienti res.
9 Dispositio illa dicit specialior in qua est maior ratio specialitatis.
10 Statutū vnū ad hoc vt tollat aliud necesse est expssam mētionē fieri de prio.
11 Derogari nō ds prime cōcessioni p sequētē nisi de ea fiat specialis mentio.
12 Clausula non obstantibus quibuscūq3 in contrariū faciētibus est gnalis.
13 Lex corrigēs vbi desiderat expsse aliquo fieri tunc ad satisfaciēdū legi necesse est qd fiat expresse verbis singularibus ⁊ non alio modo.
14 Būficiū alicui concessum miseratiōis causa nō intelligit sublatum per generalem clausulam reuocatoriam.
15 Concessio pape monialib' de nō soluē do collectas tenet nō obstātibus aliis legationibus ⁊c.
16 Clausula gnalis posita in literis pape quid importet.
17 Principis facto de plenitudine potestatis nihil potest opponi.
18 Principi dici nō pōt cur ita facis.
19 Repelli ds cōtradicēs principi aliquid sciēter vel d plenaria potestate faciēti.
20 Princeps faciens actū q nō pōt valere nisi fiat de plenitudine potestatis valet etiā nō obstan.amissione clausule de plenitudine ⁊c.

Queritur modo ⁊ octauo de alia qōne q est pena in delictis debeat attendi an pena legalis an statutaria.Ut puta statutu3 dicit quod homicida vel fur:vel alius malefactor puniat tali pena:ius aūt cōmune punit tales delinquētes alia pena vel maiori vel minori tūc q pena sit attēdēda an legalis an vo statutaria:in
1 quo† dicas qd videt dicē.qd attēdi debeat pena imposita a statuto tanq illa habeat tollere pena3 iuris communis
2 qm lex noua tollit antiquā† vt habetur in.l.j.C.de accu.⁊ in.l.agraria.ff.de ter. amo.et facit.l.sanctio legum.ff.de pe.
3 Ultima eni derogāt† priorib'.vt habet i l.si mihi ⁊ tibi.§.in legatis.ff.de leg.j.⁊ in.l.si qs.in pri.testamēti.⁊ in.l.si inf.ff. de leg.iij.⁊ in.l.si qs pore.ff.ad treb.⁊ i c.cū matre.de celebr.mis.⁊ in.c.vltima voluntas.xiij.q.ij.⁊ voluit Ang.in.l.in
4 ciuile.ff.de legi.vbi dixit† q vltimum statutum derogat pmo:quod etiā dixit Cy.⁊ alij post eū.in.l.ij.C.de test.⁊ Ale. in csi.cxl.inci.viso.l.iiij.col.in.ij.vol.⁊ i csi.ccccxlv.inci.viso ⁊ cōsiderato.in.iij. col.⁊ idē in statutis firmat Bart.in.l.si certarū.in.§.fi.ff.de testi.mili.⁊ Barto. post gl.in.l.cū proponas.C.de cōdi.⁊ in l.j.in.§.ne aūt.ff.de bo.pos.fm tabu.et Bar.in.l.j.C.de edic.di.adr.⁊.d.Alexā. in csi.ccccclvj.incip.viso.in pn.et Bald.

in.l.dicim⁹.in.§.si duas.ff.de execu.tu. et C.ex.in.l.j.in fin.de legi.et Ange.in.l. si miles.ff.ad.l.falc.et in aut.de heredi.et fal.in.§.inordinatum.⁊ Bald.in.l. oēs populi.in.xxij.col.ff.de iusti.et iur. ⁊ in.c.de causis.de offi.deleg.et in.c.cū oim.de consue.Barto.in.j.consti.C.et Ang.in.l.olim.C.de test.⁊ Spe.in titu. de instr.edi.in.§.instrumentū.in ver.sʒ pone pduco.⁊ Petr.de Ancha.in.c.canonū statuta.in.vij.col.de consti.⁊ Gemi.in.c.j.in.ij.colum.de iureiu.in.vj.et Ange.in.l.neqȝ.C.de cano.largi.li.xj. Itē ad hoc facit.nā statuentes post ius commune faciendo statutū videt̄ velle recedere a iure communi aliter dispōnēdo.arg.eorū q̄ no.in.l.q̄d ergo.in.§. pena grauior.ff.de his qui no.infa.pro quo facit.l.qui cū vno.in.§.qui post.ff.
5 de re mili.Et hāc partem† ꝙ pena statutaria tollat penam iuris cōis tenet expresse Albe.de ro.in.j.parte statu.q. viij.incip.sed posito.vbi post multa dicit ꝙ hec questio antiquitus fuit de facto in ciuitate Janue ⁊ habitū fuit consilium a multis in multis locis ⁊ obtētū fuit ꝙ p penā statuti in totū tolleret̄ pena iuris cōmunis:⁊ hāc partē etiam tenuit Jaco.de bel.in quadā sua disputa.posita super.l.j.C.de requi.reis.et dicit etiam ꝙ hanc partē tenuit Gandi.⁊ ita dicit alias fuisse determinatuȝ per collegium Bononie et subdit.ꝙ cōiter tot⁹ mundus tȝ hanc partē.s.ꝙ per penā statuti tollatur pena iuris communis.⁊ respondet ipse Albe.ibi ad.l.iij. ff.de sepul.vio.q̄ videt̄ facere in cōtrariū:⁊ dicit ꝙ in.d.l.iij.expresse cauebatur qd̄ vtraqȝ pena locuȝ haberet:ideo nimirū si ibi vna pena nō tollit aliam. Et hanc partē etiam tenuit Pe.de ancha.in.c.canonum statuta.de consti.in materia de statutis punientibus delicta.in ver.q̄ro etiā vtrū sicut statutum vltimum tollit primum ⁊c.Et hanc partem etiā firmat Bald.in.l.data opera. in.vj.colū.ver.itē notā.est.C.qui accu. non pos.vbi dicit ꝙ si per statutum loci imponitur pena nō capitalis recessum est a pena capitis:et alleg.d.l.qui cum vno.in.§.qui primo.ff.de re mili.et dicit idem esse cōtra:quia si statutum penā nō capitalem mutāt in capitalē erit recessum a minori pena et crimen erit factum capitale:alleg.l.saccularij.in.§. sunt q̄dā.ff.de extraor.cri.Dicit etiam
6 ibi Bald.† ꝙ fatuus est iudex qui imponeret penam iuris cōmunis ⁊ omitteret penam statutariā cū iurauerit seruare statuta:vt extra de iure.in.c.debitores.ita residet Bald.in.d.l.data opa.Et hāc ptē etiā videt̄ tenere Bal. in.l.ij.C.de reb.cre.in fi.qui p text.in.d. §.qui post.dicit ꝙ vbi per statutum minuitur pena videtur recessum ab alia minori pena.et idem videtur firmare Bal.in.l.fi.C.de aqueduc.li.xj.⁊ Bald. in.l.fi.C.de edifi.priua.⁊ Bald.in.l.non est nouū.ff.de legi.⁊ Joan.an.in addi. Spe.in titu.de pena.teme.litig.vbi refert Obertū de bobio ita tenuisse in.l. tutoris.C.ad.l.iul.de vi pub.et Jaco. but.in q̄ōne supius allega.⁊ idē tenet Sal.in.l.qui sepulchra.C.de sepul.vio. vbi pro hac parte inducit plura iura:et hanc ptē teneas q: est magis communis ⁊ vera:quicquid dixerit Bart.in.l. j.ff.vi bo.ra.rap.vbi tenet ꝙ per.l.nouā nō videtur recessum a pena.l.antiq̄ nisi appareat ex aliq̄bus presumptionibus ꝙ statuētes voluerint tacite recedere a pena.l.antique.Et de hac questione et de aliis similibus vide Ant. in.c.j.de cog.spiri.Bart.in.l.sanctio legū.ff.de pe.Bart.in.l.senatus.ff.de accusa.text.⁊ ibi doct.in.l.in eū.ff.de fur. ⁊ in.l.quoties.ff.de actio.⁊ oblig.Sali. in.l.qui de crimine.C.de accu.Joan.et Andr.et Gemi.in.c.felicis.de penis.in vj.et ibi Pet.de ancha.et Ange.in.l.j. ff.vi bonorū raptorum.⁊ in dicta.l.qui sepulchra.Ange.in.l.si quis ab alio.ff. de calū.Abb.⁊ alios in.c.de causis.de offi.deleg.Bald.in.l.⁊ si seuerior.C.de infa.Bald.⁊ Ange.in.l.quid ergo.in.§. pena grauior.ff.de his q̄ no.infa.Petr. de ancha.in.c.conquestus.de fo.compe.Ange.de aret.in tracta.malefi.in verbo et ibi caput a spatulis amputet. in versi.quid autem si sunt plures ⁊c.⁊ glo.in.c.cum olim.de accu.⁊ in.c.ij.de tēp.or.in.vj.et ibi plene per Domini.

de sancto Gemi.per Guido.Jac.but. et Bal.in.l.placet.C.de sac.san.ecc.Bald. in.l.non est nouum.ff.de legi.ꝛ in.l.j.C. de sum.tri.ꝛ fi.cath.et in.d.l.si quis ab alio.et Pet.de ancha.in.c.j.de re iudi. in.vj.ꝛ in.c.j.de ꝯsti.eo.li.Bar.in.l.cun⸗ctos populos.C. de sum.tri.et fi.cath. Bal.in.l.officiales.C.de epis.ꝛ cle.et in l.nullum.C.de testi.ꝛ Joā.and.in addi. Spe.in ti.de fur.cir.me.Jmo.in.l.cum mulier.ff.sol.ma.pet.de ancha.in reg. ea que.de reg.iur.in.x.q.doct.in.c.cum sit generale.de foro compe. Hosti.in.c. j.de offi.ord.ꝛ in.c.tue.et ibi An.de pro⸗cu.Lapus.in.c.j.de vsu.in.vj.ibi ponit no.verbum in materia quem refert et sequitur Ang.in repe.l.si vacātia.C.de bo.vacan.in qbus omnibus locis doc. ponunt similes questiones quas vide.

7 Et teneas menti in hac materia † quod vbicunqꝫ reperiuntur statuta diuersa vel contraria ꝙ illud attendi debet ꝛ il⸗lud dicitur specialius qđ magis concer nit fauorem reipu.vel vtilitatē.Jta di⸗xit Bal.in.c.cum olim.post prin.de cō⸗sue.qđ dictum pro no.refert et sequitur Alex.in consi.cccciij.sm ordi.meum:ꝙ incip.in presenti causa.cir.me.qđ dictū etiam rettuli in.l.j.in.§.si serui.quasi in fi.ff.de questio.ꝛ idem dixit Bart.recte menti in tract.ad repri.in ver.non ob⸗stan.vltra me.quem refert et sequitur Bal.in.l.j.in.iij.q.ff.de officio consu.ꝛ Paul.de cast.in.l.non est nouum.vltra me.ff.de legi.et idem dixit Pet.de anc. in repe.c.canonum statu.in.x.q.princ. de consti.ꝛ Jo.de imo.in.l.gallus.in.§. ille casus.ff.de li.ꝛ posth.ꝛ Bald.in.l. hac consultissima.in.j.colū.C.qui te.fa. pos.de quo etiam per Mod.in.l.ij.in.§. creditū.ff.si cer.pe.ꝛ Bal.Ange.ꝛ Ale⸗xan.in.l.titie textores.in princip.ff. de leg.j.et Alexan.in.l.nesennius.in vlti. colū.ff.ad.l.fal.tert.ꝛ ibi doc.in.l.ruffi⸗nus.in.ij.responso.C.de testa.mili.Jas. in.l.gallus.in.§.quidam recte . in fi.ff. de lib.et post.Et ex istis doctrinis pos⸗set forte dici qđ omnia iura et omnes doctrine superius allegan quibus di⸗citur ꝙ per statutum factum post legē tollitur ipsa lex ꝙ istud est restrin.et li⸗mitandū nisi ipsa lex esset iustior ꝛ eqor statuto:quoniā isto casu non credo nec teneo ꝙ talis lex sublata sit per dictum statutum per predicta qđ est menti te⸗nendum tanꝗ nouum.et vide ad pre⸗dicta Jas.in.l.gallus.in.§.quidam re⸗cte.in vlt.colum.in fi.ff.de libe.ꝛ posth. ꝛ Philip.deci.consil.xliiij.in vlti.colū. ꝛ in consi.iij.in.v.colū.post prin.Et in⸗quantum superius dixi quod statutum specialiꝰ debet attendi ꝛc.Scias quod si vnū statutū respicit personas: aliud statutum respicit res quod debet attē⸗

8 di statutum respiciens personas † quia specialior est dispositio respiciens per⸗sonas ꝙ illa que respicit res vel cau⸗sas.vt tradit Bald.in.l.j.in.iij.questio. ff.de offic.consu.et in.l.executorem.in vj.colum.C.de execu.rei iudi.et in.l.j. §.vbi autem.in.iij.colum.versicu.illud scias ꝛc.C.de cadu.tol.et in.l.gallus.in §.ille casus.in penul.colum.ff.de libe. ꝛ posthu.quem refert ꝛ sequitur domi. Philip.decius.in consil.cxlvij.in vlti. colū.Et subdit ꝙ quando vtraqꝫ dispo⸗sitio esset specialis illa est specialior et

9 preualet † in qua est maior ratio specia litatis:ad qđ alleg.Bald.in.l.hac con⸗sultissima.in.j.colum.C.qui test.fa.pos. et Bartol.in tractat.ad reprimen.in ṽ. non obstantibus.in.ij.colum . et Pet. de ancha.in.c.j.x.chart.de consti.¶ Et inquantum.s.dixi qđ pena statutaria tollit penam iuris communis et quod vltima derogant prioribus in statutis intelligo predicta vera esse si in statuto tollente legem vel penam legis vel in statuto posteriori tollente primū statu⸗tum fiat specialis mentio legis cōmu⸗nis vel primi statuti cum clausula de⸗rogatoria dicte legis:vel dicti primi sta tuti alias pena iuris communis nō es⸗set sublata per statutum nec primū sta⸗tutū esset sublatū p posterius sine tali clausula.Ad qđ dicēdum moueor. Nā

10 ad hoc vt † vnū statutū tollat aliud ne⸗cesse est ꝙ statutū tollens aliud faciat spālem et expressam mētionē de primo statu.Nec sufficit hoc facere verbis ge⸗neralibꝰ:ita sing.dixit.d.Alex.in consi. cccclxix.sm ordmeum.inci.viso pūcto ꝛ

occurrate pensato p totum:maxime in iij.z.iiij.col.vbi plures doc.alle.tenentes hanc partem:z idē dixit Barb.in ꝯsi. inci.scripsit ecclesiasticus zc.qđ cōsi.est insertum inter consilia Alex.nu.470. z idem dixit Alex.in cōsi.cccj.inci.visis dubitationibus eleganter formatis zc. in pe.col.ad qđ alleg.l.precipimus.in fi.C.de app.in verbo spāliter.z alia plura alle.de qbus ibi p eum.Et idē dixit Abb.in consi.lj.incip.videt primo stan dum zc.in.ij.col.ver.vj.adduco zc.in.j. vol.z idem dixit Alex.in.l.si mihi z tibi in.§.in legatis.ff.de leg.j.in fi.verbis: vbi ad hoc alleg.gl.in.l.decurionibus. C.de silen.lib.xij.quam dixit sing.Bal. in.c.j.in.§.j.in fi.quo tēp.miles.z idem tenet Bal.in.l.non plures.in fi.C.de sacrosan.eccle.z in.l.fi.circa fi.C.si cōtra ius vel vti.pub.z in.l.j.in.j.colum.ff.de cōsti.prin.z in.l.si cum mihi.ff.de dolo. et voluit Arch.in.c.revocantes.xxij.di. z Bart.in trac.ad repri.in verbo nō obstantibus.quos oēs refert Alex.in.d.l. si mihi et tibi.in.§.in legatis.in fi.ff.de leg.j.Et idem voluit Alex.in cōsi.ccxv. incip.nec arguendi sumus zc.in.ij.vel iij.col.in.ij.volu.Pro quibus faciunt dicta per eundē Alexan.in cōsi.cxxv.vbi dixit q per sequentem concessionē nō intelligit esse derogatum prime cōcessioni de qua non est facta specialis mētio in.ij.ad qđ alle.c.bone.extra de cōfir.vti.vel inuti.c.ex literis.de offi.dele.c.cum ordinē.et in.c.cū in nostra.de rescri.c.ij.z ibi doct.de do.z contu.c.veniens.de prescri.z glos.in.l.decurionibus.C.de silen.li.xij.Et etiam ad predicta facit glo.in.c.inquisitores.in versi. expresse.de hereti.in.vj.et faciunt aka q̄plura dicta per Alex.z Barb.in cōsi. s.allegatis.Et aduerte qz in tali casu de quo.s.posset dici q ad hec vt.l.ciuilis vel primum statutum cōtrariū tollatur per legem vel statutū cōtrariū nō

12 sufficiat etiam clausula generalis vcz nō obstantib9 quibuscūqz in cōtrarium facientib9 zc.fm Alex.in.d.consi.cxxv. inci.viso titulo questionis zc.in.iij.colū.vbi dicit q talis clausula dicitur generaliter loqui non specialiter:et ideo non sufficit vt in iuribus per eum in.d. consi.allegatis.z per no.per Bartol.in l.fina.C.si contra ius vel vti.pub.et per Barto.in.l.j.in fi.ff.si quis in ius vo.nō ie.z per no.per docto.in.c.nonnulli.de rescrip.Et subdit Alexan.in.d.consi.q ad hoc vt per literas superioris intelligatur esse derogatum consuetudini contrarie oportet vt de ea fiat specialis mentio alis concessio non valeret tanq̄ surreptitia.p.c.j.de consue.in.vj.Et id per hoc dicit Bald.fm eum.in.l.fi.C.si contra ius vel vti.pub.qđ multe cōcessiones possunt per hoc infringi quādo non fit specialis mentio de consuetudine cōtraria qđ dicit esse menti tenē.de quo latius per Alex.in.d.cōsi.Et idem firmat expresse latius ipse Alexā.in.d. consilio.cccclxix.inci.viso pducto.in.iij. et.iiij.col.vbi ad hoc adducit Lu.ro.in repe.auf.similiter.C.ad.l.falci. vbi di

13 cit q vbi lex corrigens desiderāt quid expresse fieri tunc ad satisfaciendum ei est necesse q fiat expresse verbis singularibus et non alio modo alleg.ad hoc text.in.l.si quis in principio testamenti.ff.de leg.iij.in ver.sed hoc ita demū: quem text.dicit Lud.ro.esse meliorem de iure.in.l.fi.C.de iudi.vi.tol.sic modo:et cū in nostro cum iura velint vt dixi qđ ad hoc vt vnum statutum tollat aliud necesse sit q de eo faciat expressam mentionem ergo non sufficit de eo facere mētionem verbis generalibus et per clausulas generales. Adducit etiam ipse Alex.vbi.s.glo.no.in.c.inquisitores.in versi.expressam. de heret.in vj.vbi dicitur q quando respectu certe persone debet fieri mentio expresse de ea non sufficit quod fiat mentio verbis generalibus:puta dicendo contra quascunqz personas cuiuscunqz qualitatis gradus aut conditionis existant sed debet fieri mentio singularis p denominationē ipsius psone.Ad qđ poterat etiā allegare glo.in.c.alma.de sen. excō.in.vj.in ver.commutat zc.circa fi. Adducit etiā tex.in auf.sed cū testator in ver.expressum.C.ad.l.fal.z in auf.de here.z fal.in.§.si vero expressum.Et dicit Lu.ro.in.d.rep.auf.similiter.in vl

et col. C. ad. l. fa. q eum tépore suo hec
lītio esset in facto q valétiores docto.
Italie erant diuisi in opinione excep
pto vero. S. Pau. de ca. cui cõmissa fuit
dicta qõ solueda et ipse inclinauit hãc
partem q requirat mentio singularis
seu spãlis per. S. dicta. et ita obtentum
fuit. ¶ Preterea ad corroborationem
pdictorum adducit Ale. in. d. qsi. cccclxix.
Ut quoties beneficium est alicui cõces
14 sum miserationis cã † non intelligitur
sublatum per gñalem clausulam reuo
catoriã olim in priu. cõcessorum nisi de
ipsis spãliter singularis sit facta men
tio: ita fm eum dixit Inno. in. c. signifi
cantibus. de of. dele. et Dyn. in. l. j. C. qñ
impe. inter pup. et vi. et Lud. ro. in rep.
l. si vo. in. §. de viro. in. xxiij. fal. ff. solu.
ma. et in qsi. cccxxvj. et Pau. de ca. in cõ
si. liiij. et Fe. de se. in qsi. cccxxvj. Addu
cit et no. et sing. verbum Cyn. in. d. l. j. C.
15 qñ impe. inter pup. et vid. vbi dixit † q
si papa cõcessit aliquib⁹ monialib⁹ q
nõ teneant soluere aliquas collectas
et postea misit legatũ de latere cui de
dit potestatẽ q omnibus possit impo
nere collectas nõ obstantibus quibus
cunq priuilegijs et gratijs in contra
rium facientib⁹ q nihilominus nõ po
terit imponere collectas illis monia
libus ex quo de eis nõ fuit habita men
tio spãlis: et subdit ipse Cyn. vbi. S. q
etiã si in mãdato dato legato de late
re essent apposita illa vba vcz etiam si
de eis esset necessaria facieñ. mentio
specialis q nihilominus non intelli
gitur esse sublatũ beneficiũ concessum
dictis monialib⁹: et alia plura ad cor
roborationẽ predictorũ adducit Alex.
in. d. qsi. cccclxix. et Barb. in qsi. ibi seq.
¶ Sz cõtra pdicta faciũt adducta per
Ale. in qsi. ccxv. incip. nec argué. sum⁹
16 et. in. viij. colum. vbi dixit † generalis
derogatio sufficit absq eo q ad speciẽ
deueniat etiã dato q specialia priule
gia de quorum derogatione agitur ha
beãt spãles clausulas derogatorias:
ita fm eũ dixit Fed. de se. in qsi. xlvij.
incip. habito sup casu predicto et c. vbi
alle. c. qz sepe. de elec. in. vj. et q habea
tur in. c. vt officiũ. in. §. concedentes. de

homi. eo. li. et. c. alma. ad fin. de sen. ex
com. eo. li. et alia plura alle. Fed. et Ale
xan. in dictis eorũ cõsilijs. de qbus per
eos. et idẽ tz Ange. in. l. oës. C. de pre
scri. xxx. an. et Ald. de ros. in. l. j. in fi. C.
qñ impe. inter pup. et vi. de quo latius
per Phi. deci. in qsi. clxxv. inci. viso teno
re et c. per totũ. et in qsi. xlij. in fin. j. col. et
in qsi. clxviij. inci. reuerẽde pater et c. in
j. col. et in pe. in fi. de qua materia vide
etiam Bald. super statu. in verbo re
formare. et in verbo rescriptũ. et Sozi.
in cõsi. cxx. inci. circa. j. in. v. colũ. iiij. vo
lu. et in qsi. xcix. incip. reuerẽdissimus.
in. v. col. in. iij. vol. et in qsi. iij. inci. in cã
in. ij. col. in. iij. vol. et in qsi. lxiij. inci. vi
sis et c. in. ij. col. in. iij. volu. et ibi in cõsil.
xlj. inci. viso. in. iij. col. et ibi in cõsi. ij. in
ci. in cã. in. ij. col. et p Lud. ro. in consil.
cccxcvij. inci. diligen. in vi. col. et in qsi.
cccxxxvj. inci. q indultũ. in prin. iij. cõ
lum. et Alex. in cõsi. iij. inci. perspectis.
in. iiij. col. in. vj. volu. et in consi. clv. inc
videret. in. j. col. in. vj. vol. et ibi in cõsil.
cxliij. inci. perspectis. in. ij. col. in versi.
moueor et c. et Pe. de anch. in repe. c. j.
in. lxxviij. colũ. de constit. et per Feli. in
c. accedẽs. in. iij. col. in. fi. de prescrip. et
in. c. nonnulli. in princi. de rescrip. et in
c. postulasti in prin. v. colum. de rescri.
et per Corset. in. not. suo sub verbo re
script. incipien. aliqua lex prohibet et c.
¶ Et vltra omnes superi⁹ adductos
ego tenens et sequens hanc partem:
vcz quod generalis derogatio suffi
ciat absq eo quod ad speciem deue
niatur: etiam dato q specialia priui
legia de quorum derogatione agitur
habeant spãles clausulas derogato
rias. adduco iura et rationes iudicio
meo inconuincibiles. Et dico q nemi
ni dubium est quod si superior specia
liter fecisset mentionẽ de dictis priui
legijs eis derogasset vt dicunt doct. in
dictis locis: et etiam eis derogasset si
vsus esset clausula de plenitudine po
testatis: vt qz dixisset et omnibus in cõ
trarium facientib⁹ de plenitudine po
testatis nostre derogam⁹ et c. et hoc est
potẽtia dicte clausu. cui nihil. ob. necẽ
17 resistit † vti dixit Bal. in. c. j. in pe. colũ.

de consti.ꝛ nihil pōt opponi ei ꝙ prin-
18 ceps facit de plenitudine ptātis † ſm
Bal.in proe.decre.in.iiij.colū.Et prin-
cipi dici non pōt cur ita facis:ſm Bal.
in p̄ludijs feu.in.ix.col.in ver.ſed pau-
ca de principe dicamus.Et nō dꝫ quis
audiri cōtra illud qđ facit princeps ex
certa ſcientia vel de plenitudine pote-
19 ſtatis.†imo debet repelli ꝛ perpetuum
ſilentium imponi ſm Bal.in.c.j.in.§.ſi
quis aūt.in prin.per illum text.in ti.de
pa.conſtan.De qua plenitudine pote-
ſtatis alia plura dixi in repeti.mea.l.
de vnoquoqꝫ.in.v.colū.ff.de re iudi.de
qua plenitudine poteſtatis vltra ibi di-
cta.vide etiam Alexā.in cōſi.cxj.incip.
perſpectis.in.ij.colū.in.vj.vol.ꝛ Phil.
deci.in cōſi.cclxij.inci.in cā.in vlti.col.
ad fi.ꝛ in conſil.cclxix.inci.cōſultus.in
iiij.colū.vbi no.loquiꝝ in materia.Mo
der.ſic:ſi princeps poſuit dictam clau-
ſulam de plenitudine poteſtatis intel-
ligitur eſſe derogatum dictis priuile-
gijs:vt dixi:ꝛ idē etiā erit ſi dictā clau-
ſulā non appoſuit:qꝛ etiā tunc intelli-
gitur eſſe derogatū:ꝛ rō eſt:qꝛ qn̄ prin
ceps facit actum q̇ non pōt valere niſi
fiat de plenitudine ptātis:tunc vꝫ ta-
lis actus etiā ſi non apponat clauſu-
20 lam † plenitudine ptātis:qꝛ intelligi-
tur illā ſemper apponere vt actus ſu-
ſtinentur et magis valeat ꝙ pereat.
ita ſing.dixit Pau.de ca.in conſi.cclxx-
iiij.inci.in facto p̄ſenti non intēdo adu
lari ꝛc.et idē dixit ipſe Pau.de ca.in.l.
ex imperfecto.ff.de teſta.ꝛ eum refert ꝛ
ſequitur Alexā.in l.ij.C.de teſta.milit.
in verſic.iuxta predicta.ꝛ Fel.in.c.j.in
prin.ix.col.de cōſti.ꝛ in.c.cum inter.R.
prioꝛē.in.v.col.de excep.ꝛ in.c.in cau-
ſis.in.ij.col.circa fi.de re iud.et Alexā.
in.l.idem vlpianus.in §.ſunt et alij.ff.
de excu.tu.Et idem in ſimili dixit Do
mi.de ſanc.Gemi.in conſi.xvij.inci.pro
declaratione.in fi.ij.col.ꝛ Phi.deci.in
cōſi.cxl.in.ij.col.ꝛ in conſi.lxxvij.inc.vi
ſo ꝛc.in fi.j.col.et ibi in illo cōſi.in.iiij.
col.refert ꝛ ſequiꝝ Pau.de ca.in dictis
locis:ꝛ idem videnꝝ firmare doc.in
pluribus locis quos ego retuli in ſin.
meo.lxxxiiij.inci.princeps.et idē dixit

Alex.in conſi.xcij.incipi.perſpectis.in
viij.col.in.vj.vol.ꝛ Philip.deci.in ꝯſil.
cclxxxix.inci.nō eſt.in pe.colū.in fin.de
quo etiā latius dixi in repeti.mea.l.de
vnoquoqꝫ.in.vj.col.ff.de re iud.ita er-
go intelligiꝝ eſſe derogatum priuile-
gijs predictis per principē vꝉ ſuperio-
rem ſi apponat dictā clauſulam ꝙtum
ſi eam non apponāt cū vt dixi intelli-
gatur appoſita vt actus magis valeat
ꝙ pereat.Tene mēti predicta qꝛ ſunt
lucri ꝛ honoris plena.ꝛ ita notāda ꝙ
nihil.ſ.et ab omnibus non ſunt cogni
ta:nec recitata:ꝛ hec ſatis ſint circa
hanc octauam queſtionem ꝛc.

1 ☞ Concluſio in cā nō fit in cauſis cri
minalibus.
2 Teſtes produci poſſunt in cā crimi-
nali publicatis atteſtationibus etiam
poſt concluſum in cauſa.
3 Renūtiatio vel concluſio in cauſa non
obſtat productioni in cauſa criminali.
4 Teſtes produci poſſunt in cā hereſis
non obſtante publicatione.
5 Concluſio in cauſa lꝫ fiat in iudicijs:
non tn̄ in cauſa ſtatus vel corporis.
6 Publicatio vel cōcluſio in cā non ob-
ſtat in cauſis criminalibus ad defen-
ſam rei.
7 Judex ex officio ſuo pōt inducere te-
ſtes reo preſente accuſatore non tn̄ cō-
tra ipſum reum.
8 Publicatio teſtiū nō obſtat quin poſ-
ſint ad offenſam in cā criminali pro-
duci ꝛ examinari teſtes.
9 Concluſum in cā dicitur pluribꝰ mo-
dis.
10 Judex an poſſit inuitis partibꝰ vel al
tera tm̄ concludere in cauſa.
11 Partes an poſſint cogi per iudicem ad
concludendum in cauſa.
12 Judex pōt tacite et expreſſe reuocare
concluſionem in cauſa.
13 Cōcludi pōt in cauſa de cōſenſu par-
tium in vno articulo tantum.
14 Probationes an poſſint fieri poſt con
cluſum in cauſa.
15 Concluſio in cā perinde eſt ac ſi iudi
catum eſſet.
16 Cōcluſio in cauſa equiparaꝝ ſnie.
17 Produci non pōt aliq̄d iuris vel facti
poſt concluſuꝫ

post cōclusum in causa.ꝛ nu.25.et.50.
18 Partes nulle sunt in cognoscēdo post conclusum in causa.
19 Denūtiatio per emptorē de lite mota pōt fieri venditori quolꝫ tēpore preterꝙ post conclusum in causa.
20 Cōparere quō pōt qs per ꝓcuratorem in cā criminali post cōclusum in cā.
21 Inscriptio ad penā talionis non pōt peti post conclusum in causa.
22 Iudex non pōt iurari suspectus post conclusionem cause.
23 Cōfessio non pōt reuocari vt erronea post conclusum in causa.
24 Exceptio excōicationis non pōt opponi post conclusum in causa.
25 Allegari nihil pōt post conclusionem in causa.
26 Positiones nec fieri nec produci pñt post conclusum in causa.ꝛ nu.27.
28 Consiliū sapientis nō prodest post cōclusum in causa.
29 Iuramentū de veritate vel calūnia nō admittitur post conclusum in causa.et nu.48.
30 Exceptio certa nō valet post cōclusionem cause.
31 Lis non dicitur pendere post cōclusuꝫ in causa.
32 Probationes possunt fieri post cōclusum in causa:si equitas suadeat.
33 Stante statuto ꝙ nō possit reus opponere contra intensionē actoris:tñ potest iudex equitate suadente repellere talem agentem.
34 Attendi dꝫ non solū ꝙ licet sed et qꝺ decet.
35 Impossibile reputaṫ id qꝺ nō decet.
36 Iudex ex officio suo dꝫ occurrere manifeste iniquitati nō obstante via preclusa parti.
37 Positio exceptiōis vel defensiōis si ex alicuius cōstitutiōis forma reo denegatur:attñ iudex proprio officio nulliter agente repellet a limine iudicij.
38 Soluēs indebitū vigore alicuius sñie pōt equitate suadēte illud repetere.
39 Princeps nōn pōt tollere ea q̄ sunt iuris ciuilis.
40 Probationes in cā pñt fieri post conclusionē vbi agiṫ de periculo anime.
41 Allegare lꝫ etiā turpitudinē ꝓpriam vbi vertitur periculum anime.
42 Notoria pñt ꝓduci post ꝯclusum i cā.
